RosDok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Dissertatio Juridica De Juris Romani Et Germanici Principiis, Usu, Et Dissonantiæ Causis In Foro

[Rostock]: Typis Johannis Jacobi Adleri, [1726]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 18.Maj.1726
Westphal, Ern. Joach.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0001
DFG

DISSERTATIO JURIDICA
DE
JURIS ROMANI ET GERMANICI
PRINCIPIIS, USU,
ET
DISSONANTIÆ
CAUSIS IN FORO.

SUFFRAGANTE MAGNIFICO JCTORUM ORDINE
PRÆSIDE
ERNESTO JOACHIMO WESTPHAL,
UTRIUSQVE JURIS D. & ADVOCATO ORDINARIO,
publice eandem tuebitur
AUCTOR RESPONSURUS
JOH. CHRISTIANUS GAILING,
U. J. C. Strelitzensis Mecklenburgicus.

In Acroaterio Musarum Rostochiensium ad D. XIIX. *Maji, M. DCC. XXVI.*

Typis JOHANNIS JACOBI ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typographi.

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. PATRIOT. LANDWIRTSCHAFT.

Universitäts Bibliothek Rostock

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0006
DFG

DISCURSUS PROOEMIALIS.

De
DISTINCTÆ JURIS ROMANI ET GERMANICI TRACTATIONIS ORIGINE RATIONE ET FRUCTU.

De Juris Romani & Germanici Tractationis distinctæ, Origine & Promotoribus.

EGregia Humaniſtis a) *debetur laus atque inſigne elogium, quod Jurisprudentiam Romanam, tot gloſſis & cerebrinis* Bartoliſtarum b) *næniis irretitam, curato ſtudio demum cœperint repurgare a glebis gloſſatorum. In id animum defixerunt ſollicitius, ut Juris Romani doctrinas ad prima fundamenta & principia revocarent, ut rationes cujuscunque diſpoſitionis*

A *legalis*

a) De quibus D. LEICKHERUS in vitis Humaniſtarum, D. CRACOVIUS *in Declamat. Philipp. T. 5. pag.* 628. *& GRAVINA de ortu & progreſſu Juris civilis, pag.* 214. Principes illorum fuerunt VALLA & ALCIATUS, Itali, GUIL. BUDÆUS, CONTIUS BARO, DUARENUS, HOTTOMANNUS, BALDUINUS, CUJACIUS, Galli. Apud *Belgas* noſtro ævo Humaniſtarum veſtigia legunt IO. IAC. WISENBACHIUS, ULR. HUBERUS, IO. VOETIUS, SCULTINIGIUS, WATERUS & Clariſſimi Duumviri BYNCKERSHOECCIUS & NODTIUS, qui Juris Romani exactiſſimi, genuini ſunt interpretes.

b) CHR. THOMASIUS, *in Notis ad Teſtamentum Politicum* OSSII, *cap.* 8. *pag.* 409.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0007
DFG

legalis ex fontibus eruerent, & leges tot regulis & casibus circumseptas, tot limitationibus, ampliationibus & autoritatibus impeditas c) *restituerent in primam integritatem auxilio historiæ Reipublicæ & Juris.* d) *Id quidem negandum non est, quod Humanistæ limites pragmaticæ eruditionis sæpiuscule transilierint, & in syllabis quæsiverint regnum Juridicum, quasi expugnassent Trojam & Constantinopolin* e); *sed*

b) Reliquias cum nausea habes apud *FARINACIUM in operibus criminalibus*, *HIER. de CÆVALLOS in Theatro opinionum communium contra communes*: *MANTICUM de conjecturis ultimarum voluntatum, & ambiguis conventionibus*: *MENOCHIUM de arbitrariis judicum quæstionibus & præsumtionibus & MASCARDUM de Probationibus.* Singula volumina turgent ingenti cumulo nominum glossatorum.

d) Hujus cum ignari fuerint Bartolistæ, non est, ut ab illis exspectes legum & juris Romani fundamentales expositiones. Doctrinæ de furto per Lancem & Lycium, de requisitis testamentorum, de Lege Ælia Sentia & Caninia, de ætate puberum & majorum, utut consultissimas habuerint rationes, dimittuntur ab illis hoc ratiocinio: Quod steterit in illis pro ratione voluntas Principis. Legi merentur *D. JO. CHRIST. FRANCKIUS in præfat. de usu vario studii antiquitatum in Jurisprudentia, quam CAROLI SIGONII libris de antiquo jure populi Romani* præfixit, *Illustr. Dn. CHRIST. GODOF. HOFFMANNUS in præf. ad historiam Juris Romani, de utilitate & necessitate Historiæ Juris Romani.*

e) Communis apud illos vox est: Ita ego legi jubeo, ita meo periculo legas, & quæ aliæ hujus generis sunt formulæ. Ex qualibet musca leonem, & velut ebrii ex quolibet stramine columnam fingunt. In sinu gavisi sunt CELLARIUS & SCHURTZFLEISCHIUS, si ex *Cicerone* alicujus autoris locum in integrum restituere potuerint, & ejusdem criticæ artis cacoethes Humanistas vexavit, qui sibi visi sunt hoc casu ægrotantes restituisse suæ valetudini. Sale igitur eorum supercilium & cerebellum perfricuit, *CHRISTOPH. MATHANASIUS dans le chef d'oeuvre d'un Inconnu.* Id etiam tolerandum, non est in Humanistis, quod nimium indulserint methodo Ramisticæ, quæ viam pandit ad dichotomias & multiplices næ-nias; uti ex WESENBECIO & LAUTERBACHIO docuit THOMASIUS in Cautelis circa præcognit. Iurisp. c. 10. §. 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0008
DFG

sed nihilominus ipsi autores & Antistites sunt, qui JCtos excitarunt, ut jura Romana cum Historia conjungerent f) *eorumque principia consulta, fida, genuina & cum Reipublicæ indole convenientia constituerent in Lucem meridianam. In* Germaniâ *horum vestigia secuti sunt JCti cordatiores omnes, qvibus præterea non satis fuit, juris Romani principia & rationes exacte didicisse, sed qvibus simul Humanistarum industria calcar addidit, ut Juris Romani doctrinas non nisi ex solidis Legum rationibus ad fora Germaniæ applicarent & longissimo intervallo post se relinquerent Legulejos qvi circa cortices & verba Legum versantur, qvi suis oculis cæcutiunt, alienis vident, qvi sapiunt ex auditu, interpretibus & præjudiciis, non ex Juris Romani fontibus & causis solidioribus. Qvatuor viri nunqvam intermorituræ famæ GEORG. ADAM STRUVIUS,* g) *JOHANNES SCHILTERUS* h) *SAMUEL STRYKIUS* i) *& GEORGIUS*

f) Operæ pretium est consuluisse BALDUINUM *Tr. de conjungendâ Jurisprud. cum Historia, JAC. CAROL. SPENERUM in progr. de auxiliis Historiæ in Jurisprudentia, IA. BARBAYRACIUM Orat. de dignitate & utilitate juris & Historiarum & utriusque disciplinæ amica conjunctione. ANTON. SCHULTINGIUM V. cl. Orat. de Jurisprudentia Historica, & ULRICUM HUBERUM in tribus orationibus de studio juris cum Historia & elegantioribus literis conjungendo.*

g) *In Syntagmate jur. Civilis, & jurisprudentia Romano Germanica forensi.*

h) *In exercitationibus ad pandectas sive Praxi juris R. in foro Germanico.* Prodiit denuo hic commentarius, quo autor jus Romanum cum Germanico contulit, reiterata vice cura GEORGII SCHUBARTI, & CHRIST. THOMASII, a. 1698. & 1713.

i) *In usu moderno Pandectarum & Institutionum usu hodierno.* Hunc commentario suo addidit *JOACH. HOPPIUS*, illum illustris autor ad librum usque XXII. ipse edidit, & multo apparatu rerum adornavit, adjutus inprimis præsidiis selectioribus & vestigiis, *GEO.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0009
DFG

GIUS BAYERUS k) *Principes sunt JCtorum, qvibus sanctius nihil fuit, nihil antiqvius, qvam solidæ ex doctrinarum Juris Romani præsidiis domesticis & rationibus petitæ Juris Civilis cognitioni seperstruere curatam praxin & applicationem Legum Romanarum ad curias & fora Germanorum. Singulis hoc institutum salivam movit JCtis, qvibus præcordia Titan finxit de luto meliori & spiritus est in naribus, non in dorso. Nostro certo ævo huc tantum non omnes suos convertunt ausus, huc suos conferunt labores, ut viam qvam Antecessores studiose pararunt, ingrediantur non solum, verum & resectis impedimentis perpoliant, & ne virgulta itinera facientes morentur, cultiorem reddant suisque limitibus curate distinguant. E re itaqve fore arbitrati sunt plures, Juris Romani doctrinas earumqve rationes cum moribus & institutis Germanorum exactius conferre & utriusqve Juris vel harmoniam & concentum* l) *vel dissonantiam*

GEO. AD. STRUVII, SIMONIS à GROENWEGEN, SIMONIS à LEUWEN, PHIL. BUGNIONII, CYPRIANI REGNERI, BERNHARDI ALTUMNI, FR. CHRISTIANÆI, PETRI GUDELINI, & plurium Belgarum, quos tamen intra oleas reduxit, cum in libris *de Legibus abrogatis & inusitatis, de censura forensi & jure novissimo*, dicam scripserint atque repudium plurimis Legum doctrinis, quas Germaniæ curiæ non reprobant. Post fata Ipsius igitur Publicum insignis operis colophonem debet *DN. BOEHMERO, & JAC. FRIED. LUDOVICO.*

k) *In positionibus ad institutiones & ff. & in opusculis Academicis.*

l) *Collineant huc GIESEBERTI Pericula statutorum & justinianus Harmonicus.* Utilissimum hoc est institutum, caute tamen suscipiendum, ne Romanorum jura cum Germanicis cogantur in Harmoniam invita indole & Themide Reipublicæ. Præstat proinde & majoris industriæ negotium est docuisse utriusque juris discrimina & differentias.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0010
DFG

nantiam & discrimen in singulis argumentis profiteri, ut de praxi & usu forensi primo obtutu constaret luculentius & distinctim. Fatentur cordatiores omnes, quod JCti hac cura & methodo ad cathedras & curias accommodata, exemplo extraneorum regnorum, prospiciant cum scholis tum Judiciis Germaniæ, quibus Jurisprudentiam ab opinionum divortiis & discrepantiis liberatam restituunt. Insigne studium est, quod in hunc finem Jurisprudentiæ impendunt celebratissimi Viri, nostro ævo superstites ADAM FRIEDERICH GLAFEY m) *LUDER MENCKENIUS* n) *CHRISTIANUS THOMASIUS* o) *JOH. PETRUS à LUDE-*

ferentias. In *Suecia* peculiares constituuntur Professores Iuris Patrii, provido consilio, cum curiæ abhorreant a legum domesticarum commixtione cum Romanis. STIERNHOECKIUS de Jure Sueonum & Gothorum vetusto præf. In *Dania* apud Hafnienses Regis Historiographus Spartam originarii seu patrii juris sustinet, & suppar huic est institutum, quo ANGLI consulunt jurisprudentiæ, teste COWELLO. Apud UNGAROS patrii & Romani juris studium non est deterioris conditionis. Frustra ad Tribonianum provocaveris, si moribus causa definita fuerit vel expedita sit duce ratione. OTTO FABOR *in Collatione Juris Rom. & Ungarici pag.* 6. De *Poloniæ* curiis idem comprobat DRESNERUS *in Centuria Juris Polonici & Romani. Hispaniæ* vero sanctionem: Ne sine crimine aliquis patriæ observantias cum Romanorum placitis commisceat, late expositit ANT. ROSELLIS *P.* 5. *monarch. cap.* 14. *pag.* 543. In Germanorum provinciis JCti non solum sed & Principes hæc regnorum instituta habent sibi nunc commendatissima. In hunc enim finem recenti ævo constituti sunt *Professores Juris Germanici* apud *Rintelienses*, Giesenses, Francofurtenses, Kilonienses, & Lipsienses.

m) In den Grund-Sätzen der Bürgerlichen Rechts-Gelehrsahmkeit.

n) In tractatione synoptica Juris Romani theoretica practica.

o) *In Notis ad institutionum & Pandectarum Titulos*, in quibus id egit ut ex Juris Romani Historia usum legum romanarum constituat in lucem, & omissis otiosis doctrinis ad jurisprudentiam privatam forensem

LUDEWIG p) *JUSTUS HENNINGES BOEHMER* q) *NIC. HIER. GUNDLINGIUS* r) *MICHAEL GRASSIUS* s) *JOH. DANIEL GRUBERUS* t) *CAR. GOTTL. KNORRIUS* u) *AUG. LEYSERVS* v) *JO. PAVL. KRESSIUS* w) *CHRIST. GODOFR. HOFFMANNVS* x) *MICH.*

forenſem pandat viam planiorem & facilem. Pertinent huc ejusdem diſputationes *de uſu practico Juris Romani in doctrinis de Nuptiis, de adoptionibus, de Patria poteſtate, de culparum præſtatione, de diſtinctione inter liberos & ſervos, ingenuos & libertinos, de legitimatione, de manumiſſione, de Lege Anaſtaſiana, nec non de uſu actionum pœnalium Jur. Rom. in foris Germaniæ.*

p) *In differentiis J. R. & Germanici in Tutelis, in fructuum attributione, in Titulo imperiali, in mutua conjugum ſucceſſione & diſſortio liberorum, in SCto Vellejano, in imperio & conſenſu connubiali, in jure captivorum, in donationibus, in dote & donatione propter nuptias, in morgengaba ſeu dote mariti & dotalitio, in ætate puberum & majorum, in matrimonio per procuratorem & jure opificiario.*

q) *In ſingulis opuſculis & diſſertationibus juris Civilis*, in quibus diſtinctim egit de J. R. & uſu ejusdem practico in foris Germaniæ.

r) *In Digeſtis*, quorum Imam partem edidit ante triennium, ut rationis principia, jus Rom. & Teutonicum e genuinis fontibus ſimul ac pragmatica connexa ratione expenderet, confuſaque methodo curata repararet. Pertinent huc ejusdem *Diſſertationes* & Gundlingiana.

s) *Profeſſor Tubingenſis, in collationibus J. Romani cum receſſibus Imperii, ut & in praxi antiquo moderna actionum forenſium.*

t) *Prof. Marpurgenſis, in differentiis juris R. & G. in re militari, ut & in diſſ. de judæo milite.*

u) *In differentiis juris R. & G. in argumento de Senatoribus & conſulibus, de nobilitate adoptiva, de dote filiæ locupletis, & non reſcindenda transactione propter læſionem ultra dimidium.*

v) *Anteceſſor Helmſtadienſis, in meditationibus ad ff. in Diſſ. de ſuperſtitione juridica in foris & extra forum obvia & in collatioue priſci jur. Saxonici in jure R. & moribus hodiernis.*

w) *Profeſſor Helmſtadienſis in ſpecimine jurisprudentiæ forenſis, in diſſert. de æquali conjugum ſucceſſione & in ſingulis opuſculis.*

x) *Anteceſſor Viadrinus, in præcognitis generalibus jurisprudentiæ, in præ-*

notionibus

MICH. HENR. GRIBNERVS y) *JOH. HENR. BERGERVS* z) *JOH. GOTTL. HEINECCIVS* a) *FRIED. GREGOR. LAVTENSACK* b) *CHR. WILDVOGELIVS* c) *NIC. WILH. DRESSELIVS* d) *JO. FRIED. HERTELIVS* (x) *JO. PHILIPPUS TREIBERVS* (xx) *JOH. ALB.*

notionibus de natura jurisprudentiæ criminalis germanicæ & præfamine ad BAYERI delineationem juris Germanici, de jurisprudentiæ Germanicæ discendæ atque tractandæ genuina ratione.

y) *In opusculis junctim editis cum juris privati tum publici.*

z) *In œconomia juris.*

a) *De collegiis & corporibus opificum, de juris dictione patrimoniali & in syntagmate antiquitatum Romanorum,* cui propediem accedet syntagma antiquitatum Germanicarum.

b) *In specimine jurisprudentiæ otiosæ,* sigillatim in argumento de jurisdictione & pactis.

c) *De fontibus jur. Rom. eorumque usu hodierno.*

d) D. Jenensis, *de usu actionum qualitatum adjectitiarum.*

x) In introductione ad praxin universalem, ut & in dem practischen Hand-Griff der Kayserlichen Rechts-Lehre. Ultra primum librum institutionum Consultissimus autor quidem progressus non est, sed viam aliis curate parat, exspatiari in campum juris cum insigni fructu. Illustravit præterea Legum præcepta practicis exemplis, responsis, præjudiciis, & discentes imbuit curiæ stylo, ut in ipsis Scholis non scholæ, sed vitæ discant & militaria exercitia in foris non amplectantur, ut lytæ seu milites, qui in castris demum usum hoplomachiæ solent experiri. Superiori ævo in hunc finem BECKMANNUS *edidit commentarium theoretico practicum ad ff.* HAHNIUS & EYBENIUS observationes theoretico practicas evulgarunt; RINGIUS Progymnasmata praxeos juridicæ composuit; KOEPPENIUS, GEORGIUS, PHILIPPI, CLAUDERUS, SCHACHERUS usum practicum Digestorum & institutionum in publicum emiserunt, ut curiali trituræ jurium cultores a teneris adsuescerent. Idem institutum executi sunt BOEHMERUS, HAMMELIUS, & SCHWENDORFERUS speciatim in exponendis actionibus forensibus, quorum vestigia denuo legit Consultissimus D. CIESIUS.

xx] In genuina perspicuitate Institutionum, quæ prodiit superiori anno.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0013
DFG

ALB. STEPHANI e) *FRIED. ERN. VOGTIVS* f) *JOH. AMSELIVS* g) *JO. JAC. RANISCH.* h) *PET. FRIED. ARPIVS* i) *JOH. WILH. GOEBELIVS* k) *GODOF. REINH. KOESELISIVS* l) *JUL. BERNH. a ROHR* m) *WILH. WALDSCMIDT* n) *GVIL. HIER. BRUCKNERVS* o) *& plures, qvi usum practicum privati Juris ad distinctam Juris Germanici & peregrini recepti rationem & cynosuram expendunt. Nomina aliorum, qvorum memoria etiam nunc nondum extincta nec intermoritura unqvam est, silentio advenerari liceat, si omnium instar nominaverim* GOTTL. GERH. TITIUM o) HENR. ERN. KESTNERUM p) EPHRAIM GERHARDUM q), JOH. NIC. HERTIUM r) CHRISTOPH. JOH. CONR. ENGELBRECHTIUM s) MATTH. STEI-

---

e) *In compendio juris juxta seriem pandectarum.*
f) In commentatione academica *ad LL. juticas de homicidio, & dissert. de communione bonorum inter conjuges ejusque effectu.*
g) Profess. Regiomontanus, *in variis centuriis J.R. Germanici & Porussici.*
h) D. Regiomontanus, diss. *de inconvenienti jur. Germ. ex jure civili interpretatione.*
i) In Progr. *de usu & necessitate studii juris Patrii.*
k) In Tr. *de jure & judicio Rusticorum.*
l) Diss. *de Tacita emancipatione in jure domestico.*
m) *In jurisprudentia privata Romano Germanica forensi.*
n) In Dissert. *de molendinis bannariis.*
o) Dissert: *de vi pactorum nudorum hodierna.*
o) *In jurisprudentia romana forensi & observationibus ad Lauterbachium.*
p) *In defectibus juris communis in Rep. Germanica, in oppella de Digestorum valore & jurisprudentia Legislatoria & universali.*
q) *Diss. juris Germanici de servitutibus in faciendo.*
r) *In opusculis, duobus voluminibus simul junctim editis.*
s) Comment. *de utilitate & necessitate juris Germ. ut & in meditatione de fatis jurisprudentiæ & justitiæ administrationis in Germania.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0014
DFG

STEINIUM t) JOH. FRIED. BOEKELMANNUM u) JAC. FRIED. LUDOVICUM v).

Excitati sunt inpræsentiarum plures, non quidem autoritate tot Nominum JCtorum, sed instituti & argumenti ipsius pondere & ratione, sequi eundem tramitem in exponendis & applicandis Juris Romani placitis ad fora Germanorum. Dabimus tractationis & methodi ipsius rationes. In vulgus notæ sunt querelæ de Jurisprudentiæ privatæ difficultate, prolixitate w) *& incertitudine,* x) *ad quas cordatiores omnes obstupescunt, qui experientia didicerunt, inter quotuplices dissensiones distrahantur Interpretes* y) *cum in explicandis Legibus, tum in decidendis controversis & applicando Jure,* z) *ut hoc fere ad epocham arbitrii Judicis, & ipsa justitia ac Juris administratio rediisse videri possit ad seculum immortale intuitu protractionis processuum.* a) *Singulæ ferè qvæstiones in utramque*

De ejusdem methodi Rationibus & causis earumque occasione.

B *partem*

t) *in Dissentantius jur. Civil. & moderni ex titulis institutionum & doctrinæ de pacto.*

u) *in Differentiis Theoriæ Praxeos in genere & specie.*

v) *in Dissertationibus academicis, Pandectarum doctrina, commentario ad speculum Saxonicum & usu distinctionum Juridicarum.*

w) NOODTIUS Orat. *de causis corruptæ Jurisprudentiæ, p. 7.* GOEBELIUS & BARTENSTEINIUS *de causis & fatis Jurisprud. corruptæ pag. 3. 9.*

x) Pertinent huc WEDDERKOPPIUS, ERNESTI, JUSTUS NOMICUS & GOTFRIED WAHRLIEB. qui scripserunt *de Juris incertitudine & medela.* Accessit denuo HENRICI COCCEJI meditatio *de eo quod justum est in dubio, sive de praxi genuina in jure dubio.*

y) IO. WOLFG. TRIERUS Orat. *de Oeconomia juris & difficultate, inveniendi proportionem inter jura concurrentia p. 4.* POLIC. LEYSERUS *de eo quod justum est circa Jurisprud. emendandam pag. 10. sq.*

z) *Illustr. Dn.* GRIBNERUS *diss. de jure incerto ex dubia Legum, quibus utimur autoritate oriunda. §. 9. sqq.*

a) ENGELBRECHTIUS *de causis impediti hactenus felicis successus tentaa*

partem mirifice trahuntur, b) *& ſi ex Jure Romano actoris cauſam contueri temet accinxeris, facilis negotii eſt, ex eodem jure vel certe ex gloſſis, ex reſponſis jurium, ex obſervantiis* c) *ex rebus judicatis & præjudiciis, vel ſi malueris, ex opinionum communium cumulis, ex infinitis Doctorum, Interpretum, Legum particularium, ordinationum proceſſuum, Iurium receptorum variantium, diverſarumque praxium colliſionibus & diſcriminibus rem definire ex adverſo* d). *Inſignis harum rerum incertitudo crux eſt Advocatorum, qui in ſcholis ſibi viſi ſunt Jus Romanum ad vivum reſecuiſſe, & ſimulac ad fora Germanica ſeſe recipiunt, cum animi murmure experiuntur, quod pleraque didicerint in ſpem oblivionis, cum ingens in judiciis inter punctum juris ſeu theoriam, & praxin hodiernam ſeu decantatum illud* Hodie, *vulgo eſſe videatur divortium* e). *Movit hic Iuris prudentiæ privatæ ſtatus innumeros Ictos, ut conſiliis & medelis auxiliari conarentur ægrotanti ſtudio Iuridico. Plures fuerunt, qui Iuris prudentiam tum florentiſſimam fore exiſtimarunt, ſi legibus romanis ſublatis, in curias revocaretur*

tatæ in germania emendationis adminiſtrationis juſtitiæ p. 5. ſq. THOMASIUS de emendatione adminiſtrationis juſtitiæ nec facili nec impoſſibili p. 15. ſq. de Charactere medici ad curandam tædioſitatem proceſſuum adhibendi p. 11 ſqq.

b) GEO. MICH. HEBERUS *Progr. de ſcepticiſmo juridico, quod illuſtris THOMASIUS* inſeruit *Tomo II. H. S. & S. pag. 126.*

c) *GRIBNERUS in opuſculo de obſervantia Collegiorum. §. 5. ſq.*

d) *MICHAEL GRASSIUS*, Cancellarius Mecklenburgicus, *in Receptis ſententiis qu. 2. §. Legitima n. 6. THOMINGIUS*, JCtus Mecklenburgicus, *in Deciſione XX. n. 23. 24. CARPZOVIUS Reſp. L. 6. Tit. 7. Reſp. n. 6. 7.*

e) CHR. IO. CONR. ENGELBRECHT *in Exam. diſtinctionis vulgaris inter theoriam & hodiernam praxin p. 10. ſq.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0016
DFG

vocaretur jus naturale, vel certe sacra pagina f). *Consultius visum est aliis, ex orco revocare veteres, & nostro ævo otiosas Legum Germanicarum lacinias* g), *&, quâ felicitate dicant alii* h), *harum simplicitate mederi tot malis afflictæ juris prudentiæ* i). *Plures tum demum jura privata suis numeris absolvi arbritantur, si novus Codex juris privati forensis promulgaretur,* k) *si in formam artis exactiori cura redigeretur jurisprudentia* l), *si in auxilii partes vocarentur gentium vicinarum constitutiones,* m) *si legum numeri contraherentur & rejectis otiosis capitibus, cor-*

f) PETRUS PITHOEUS *in collatione Legum mosaicarum Romanarum:* GVIL. WELWOLD *in Parallela juris divini & civilis p.* 31. *CONR. HERESBACHIUS in Epitome jurispr. Christianæ §.* 15. *sq.* Non dissentiunt ab his FR. RAGVELLUS, OTT. PHIL. ZEPPERUS, HENR. GISEBERTUS, REINKINGIUS & plures, quibus imposuit MELANCHTON, cujus autoritas huic sententiæ conciliaverat quondam pondus & robur.

g) Fuit hæc religio celeberrimi IO. SCHILTERI, cui suppetias tulit CONRADUS SINCERUS *in diss. epistolica de Legum veterum germanicarum habitu & autoritate præsenti.*

h) *Illustris Dn. ab* UNVERFÆHRT *in Diatriba de juris R. & Legum veterum Germ. usu & autoritate Sect. I. §. 5. sqq. Illust. Dn.* HOFFMANNUS *in conjecturis Politicis de origine & natura Legum germanicarum antiquarum earumque ad statum præsentem Provimiarum Germaniæ Habitu p.* 163. *c.* 3. *Ill. Dn. HARPRECHT in non usu moderno speculi Svevici P. I. c.* 4. *p.* 75. *sq.*

i) OLDENDORPIUS *de jure & æquit. c.* 3. *ANDR. à MANDELSLOH Tr. de postergata justitia p.* 29. *sq.*

k) CONSTANS VERIDICUS sive IO. WOLFG. ROSENFELD de *Ratione corporis juris reconcinnandi,* quam oppositit SIGISMUNDO FREIBERGIO, qui scripsit *de novo Codice juris conficiendo.*

l) Est hæc Philosophia IO. HOPPERI *in Seduardo,* nec non *VIGELII, FELDENI, FABRI, THOLOLANI, FREIGII, GILKENII, CORASII, GRIBALDI* & plurium.

m) Utuntur hoc ratiocinio sæpius IO. LYMNÆUS, MYLERUS ab EHRENBACH, & alii.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0017
DFG

pus civile redigeretur in corpusculum, n) *si LL. romanæ non ex recepto obligarent sed ex vi rationis*, o) *si a republica & foris removerentur Advocati* p), *vel judices certe & patroni causarum acciperent sportularum loco salaria*, q) *si procedendi rationes emendarentur*, r) *si fatalia breviora & citationes omnes fierent peremtoriæ*, s) *si disputationes non literis & libellis exhiberentur, sed uti olim apud Germanus, fierent ore*, t) *si processus omnes essent summarii*, u) *si in falsos accusatores, & illos qvi causa cecidere, inqve mendacia statueretur pœna*, v) *si officium procuratoris postliminio introduceretur in Germanorum curias* w),

n) *KESTNERUS diss de conjunctione juris romani cum jure patrio & præliminari discursu de principiis jurisprudentiæ modernæ in paucula capita redigendis.*

o) Ita IO. KVLPISIVS *in Epist. de Legum German. usu & autoritate præsenti §. 50. sq.*

p) GEO. VAL. WINTHER *in parthenio litigioso c. 9. p. 126.* *HERM. HOFFMANNUS in Lycurgo Germ. C. 4. p. 32.*

q) *FR. CLIENS in judicio defensivo adversus* HOLTERMANNVM *de nequitia advocatorum* p. 9. IO. SAM. STRYCKIVS *de Emendatione processus forensis pag.* 10.

r) GEO. PAVLVS HOENN *in Consilio de abbreviando Processu p. 2. sq.* *FRIDERVS, LAMPADIVS, HERM. ES. ROSACARBVS THEOD. MATTH. BECKMANNVS in Consiliis de emendatione cameralium processuum.*

s) *STEPH. NATAENIUS de justitia vulnerata & curata p. 10.*

t) Non pœnitebit hic legisse JACOBUM WENCKERUM V. Cl. *in Disquisitione de justitia indilata*, qua simplicem procedendi rationem in judiciis germanicis ex historia antiqui & medii ævi ad recens usque ævum exhibuit.

u) *BERNH. KLEPPERBEIN in remediis abbreviandi processus pag. 5.* *GEO. ENGELBRECHT de articulorum positionalium abusu rescindendo p. 13. sq.* *CHR. WILDVOGELIUS de præcipuis Impedimentis justitiæ & citatione ad processum non necessaria.*

v) SAM. STRYCKIVS *de abbreviando processu per pœnam mendacii.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0018
DFG

w), *si a Principe deciderentur juris problemata*, x) *si juris romani leges scriberentur idiomate patrio* y), *& denique si utrumque receptum jus romanum & Canonicum æternum e curiis Germanorum pateretur exilium* z). *Quod turris Babelicæ architectis evenit, id certe in reformanda juris prudentia contigit reformatoribus, qui dilabuntur in multiplices sermones, ut ipsi denique in sinum manus recondant, quidque agant, ignorent, & quo pedem figant, quærant ex aliis. Subodorati sunt hanc temeritatem & frustraneas curas supra laudati JConsulti, & hæc ipsa est ratio quæ illos movit, ut mentem defixerint in distinctam & pragmaticam Iuris romani & Germanici docendi rationem, quæ*

w) HENR. BODINVS *de officio Prætoris restaurando ad tollendum processum hodiernum.*

x) KREBSIUS, Consiliarus *Darmstadiensis* & IO. GEO. von BORNE, *Cancellarius Brandenburgicus*, in opellis *de nævis & remediis hodiernæ jurisprudentiæ.*

y) Inculta & barbara logica hæc est SAUTERI, MEURERI, PERNEDERI, MEISCHNERI, quorum versiones Legum romanarum frigidæ prorsus sunt & inconcinnæ. Patronum vocant einen Frey-Vater, Capitis diminutionem, eine Haupts-Verringerung, & ita in aliis formulis romani juris, quas torquent & cogunt in sermonem patrium, etsi reipublicæ indoles evincat, harum rerum notitiam nunquam habuisse Germanos ante receptum jus romanum. Noviſſime ANONYMUS filum versionis juris justinianei curatiori demum studio recepit in dem Teutschen Justinianeo, juncta in singulis Paragraphis solida Legum positione & praxi. Reliqui certe suis versionibus easdem hæreses in jure movent, quas in vernacula olim movit *Zesius*, & in philosophia etiam nunc movent philosophi, qvibus pulchrum est, sesquipedales terminos venerabilis metaphysices donare jure civitatis Teutonicæ.

z) Illust. Dn. a LEIBNITZ *in Ratione Corporis reconcinnandi: JUSTINUS NOMICUS* sive *FRANC. BURCHARDI* in Discursu *de hodiernæ Jurisprudentiæ nævis & consilio facili de jure controverso decidendo seu novo codice faciendo.* Recentiores taceo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0019
DFG

palmam præripit facile enumeratis singulis consiliis, quæ cuique Juri suum non tribuunt, sed peccant egregie inter nimium & parum. Id quidem non inficior, quod legislatorio remedio Principes in singulis territoriis mederi possint quam felicissime juris prudentiæ corruptelis, ex jurium confusione, incertitudine & mole oriundis, a) *sed cum destituti ubique simus etiam nunc hoc præsidio & adjumento, dic quæso, sitne e consilio Jura incertitudine & pralixitate corrupta, dogmatico & intermistico remedio in integrum restituere, & ubique id agere, ut constet de Juris prudentiæ Romanæ Germanicæ solidis, non leguleiticis,* curatis, *non spuriis,* rationalibus, *non inconcinnis,* certis, *non dubiis,* pragmaticis, *non* otiosis *principiis & doctrinis. Direxerunt huc plures veteri avo suos conatus, & multiplicis argumenti meditati sunt studiorum methodos* b). *Sed nubecu-*

a) Operæ pretium est exactiori studio hic relegisse consultissimas meditationes, quas cum publico communicavit recentissimus ANONYMUS, in den unvorgreiflichen Gedancken über die von dem Herrn Christian Thomasio gehaltene Disputation von Verzögerung der Justitz durch richterlichen Versuch der Güte, nebst vorläuffigen Untersuchungen einiger die Verbesserung des Justitz-Wesens betreffenden Thomasianischen Meynungen. *Præsidis* fide scio, Jurium consultissimum Autorem esse Virum illustrem DN. BENEMANNUM, Regi Poloniarum & Electori Saxoniæ in Curia justitiæ Dresdensi a Consiliis, JCtum excellentissimum & insignium meritorum.

b) Nomina horum exhibuit NICOLAUS REUSNERUS *in Cynosura Juris*, quæ complectitur viginti quinque scriptores de juris methodo. Addi poterunt *EVERARDUS BRONCHORSTIUS, HERM. VULTEJUS, ÆGIDIUS MOMMERUS, JO. CALVISIUS, CHRISTOPH BESOLDUS, ULR. ZASIUS PETR. GREG. THOLOSANUS, CHRISTIANUS & NICOLAUS HENELIUS, DIODORUS TULDENUS, HENR. ERNE-*

nubeculam acceperunt pro Junone, cum ipsa hæc sacra Themidis, nulli pateant, nisi qvi lucernam oleumqve consumserit in eruendo Juris Romani usu forensi ex historia & rationibus Juris Romani & Patrii, qvæ prorum absolvunt atqve puppim in solida theoria & praxi. Concinunt nobiscum, qvi recentiori ætate de Juris Studio & ratione recte instituenda *sunt commentati* c), *& qvisqve certe, qvi penitius singula hæc rimatus fuerit* x), *in hanc sententiam, puto, concedet, qvod ad repurgandam Jurisprudentiam tot excitatis remediis nemo indigeat, qvi in jurispruden-*

ERNESTIUS, PETR. MVLLERUS & plures, qui sudori non pepercerunt in describendis studii juris instituendi modis & rationibus, quarum valor diutius nunc evanuit in auras. Omnium curatiores, qui ad usum civilem respiciunt, Interpretes hujus ævi indubie sunt Viri illustres NICOL. CHRISTOPH. à LYNCKER *in Introductione in selectam Eruditionem*, quæ exstat in FELLERI Cl. V. *Monumentis in editis pag.* 439. *GEORGIUS GUIL. LEIBNITIUS in Novæ methodo Jurisprudentiæ discendæ docendæqve JOACH. MARTINUS ab UNVERFÆHRT in Pœdia jurisprudentiæ*, quæ noviſſime, omisso illustris Autoris nomine, prodiit sub rubro: *Philosophia Leguleſmi & Rabuliſmi.*

c) Sunt illi *JO. BARBEYRACIUS, ULRICVS HUBERUS, JAC. MÆSTERTIVS, JO. BERGERVS, JO. SCHILTERVS*, quorum opuscula uno volumine nuper exhibuit Cl. CHRISTIANUS GOTTLIEB BUDERUS Vir literatiſſimus, *sub rubro: de ratione & methodo studiorum Juris illustrium JCtorum.* Oratio *CORNELII ab ECK de ratione studii Juris recte instituendi* pariter est multæ frugis, quo ipso elogio non defraudanda est JO. SAMUELIS HERINGII meditatio, quæ prodiit *Stetini* sub rubro: Nohtwendiger Unterricht von dem studio juridico.

x) Refert hic legisse CHRIST. THOMASII *Cautelas circa præcognita Jurisprudentiæ*, & cum his conjunxisse HENR. ERNESTI KESTNERI *Introductionem ad studium Jurisprudentiæ*, JOH. FRID. HERTELII V. Cl. *Manuductionem & pyxidem Nauticam per immensum Jurisprudentiæ pelagus*, nec non ULRICI MARBACHII *Introitum ad Jurisprudentiam apertum.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0021
DFG

prudentiæ ampliori sylva Ariadnes fili instar habuerit distinctam & solidiorem Juris Romani & Germanici harmonici vel dissonantis tractationem (xx). *Juri Romano tum sua ubique salva est authoritas vi publicæ receptionis subsidialis in capitibus & argumentis, quæ definita non sunt in moribus Reipublicæ Germanorum & statutis patriæ* d). *His iterum nec quicquam in juris Romani applicatione detrahitur, cum prærogativa polleant & locum indulgeant Romanis legibus, non nisi suppletorium in argumentis ad fora Germaniæ eorumque indolem & rationes accommodatis* e). *Sigillatim obex ponitur incertitudini jurium & tot interpretum ac præjudiciorum collisioni,* f) *cum ex genuinis fundamentis ipso primo intuitu appareat, quid moribus domesticis debeamus, quid legibus peregrinis, quid Reipublicæ indoli respondeat, quid genuinæ praxi contrarietur & cum eadem consonet.* Prolixitas *Jurium corruit protinus & eliminatur, cum*

xx) Dabo hic MARTINI CHEMNITII, *Rostochiensis quondam Professoris* assensum ex Manuscripta ejusdem Oratione *de methodo Jurisprudentiæ utili: Mea sententia*, inquit, *hæc est, quod utilitati auditorum vel maxime consulatur, si legum genuinus sensus per* RATIONES *diligenter explicetur, &* DISTINCTA *opera ipsarum usus deinde, &* QUANAM RATIONE *in praxi ad dijudicationem forensium controversiarum in* GERMANIA *applicandæ sint demonstretur, adductis exemplis* PRAGMATICIS, *non adducta copia Interpretum & inutilium doctrinarum, ne effusa prolixitas tædium creet, sed praxis cognitio instar alluvionis semper accrescat.*

d) Quod ex *Megapolitana Ordinatione politica* sigillatim docet *Magnificus Dn.* JOACHIMUS HENRICUS SIBRAND, Senior Collegii Juridici & Professor Rostochiensis excellentissimus *in Præfamine ad Decades Jurium singularium Mecklenburgicorum.*

e) BACHOVIUS *ad Treutlerum V. II. disp.* 13. §. 4. MATTH. von der HOUVE *in Annal. Batav. L.* 6. *cap.* 14.

f) HARTM. PISTOR *L.* 1. *quæst.* 24. *n.* 36. NICOL. EVERARDUS *in locis Top.* ab autoritate *n.* 14.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0022
DFG

cum utriusque juris practicæ collationis hæc virtus sit, ut juris prudentiam redigat in capita pauca, sed usui judiciali & vitæ communi inservientia. De difficultate *in studio legali non est, ut conquerantur discentes, qui non tabulis, romanizantibus distinctionibus & innumeris quisquiliis, regulis, casibus, axiomatibus & vulgarium verborum ampullis memoriam obruunt, sed judicium propoliunt & perficiunt in rebus atque doctrinis, quæ non museum, scholasticas subtilitates* g) *& communis pulveris glossatorum sordes olent, sed publicum sapiunt & Rempublicam. Jurisprudentiam sectantur* solidam, *cum non principia blaterent, sed eorum vim seu rationes repetant ex Reipublicæ juriumque historia & legum præsidiis genuinis & domesticis.* Certam *profitentur Jurisprudentiam, cum non acquiescant in Juris Romani explicatione & in mustaceo seu variorum paraphrasi laudem quærant & victoriam; sed princeps studium collocent in Juris ad praxin Germaniæ curatam* applicationem, *quam frustra quæsiveris apud interpretum satellites & Legulejos, rerum cum judicio & solida ratione peragendarum nescios prorsus, & destitutos facultate & adjumentis eruendi ex veris fontibus practicas Juris Romani & forensis Germanici dissonantias.* Rationabilis *Jurisprudentiæ doctrinas tueri discunt ideo, quod, perspecta legum & utriusque Reipublicæ indole & autoritate, nec-quicquam ex Jurisprudentiæ præsidiis eruant & evolvant, cujus non simul perspectam habeant consultam rationem, sine cujus cognitione hæreses & schismata quisque movet, quin famam suam apud rerum peritos omnes egregie prostituit in Foris & civitatibus.* h) Curata *non minus utun-*

Et fructu in cathedris & foris.

C *tur*

g) HENR. COCCEJUS *de usu pactorum & stipulationum hodierno §. 1.* D. CONR. LUDEKINGIUS *de subtilitatibus Jurium p. 3. sq.*

h) Ita judicat HENR. HUBERUS *in Præf. ad ff. tit. de inoff. testam. n. 14.*

tur Jurisprudentia, utpote quæ petita non est ex glossis, ex opinionibus incertis vulgi, i) *& phaleris vulgarium commentatorum, qui non sapiunt ultra Nomenclatores & verba Triboniani, sed ex domesticis & originariis utriusque juris & fori principiis historicis, legalibus, politicis, fundamentalibus & pragmaticis, collato jure Romano cum rationibus, quæ Germaniæ sunt peculiares.* Practica *demum Jurisprudentia hujus instituti præcipuus & insignis est fructus, cujus laudes in eo positæ sunt, quod* principio *non sectemur theoriam cum praxi juridica e diametro pugnantem, sed sororio vinculo & dædalo ordine cohærentem:* Deinde, *quod non in otiosis argumentis* k) *& capitibus juris Romani, quæ usus nullius esse possunt in Rebus publicis hodiernis* l), *hæreamus saltim & immoriamur, sed illis substituamus momenta forensia & doctrinas praxeos modernæ, ne in officiis nos aliquando inutilis industriæ poeniteat & cum dispendio temporis & famæ, longe diversus rerum usus patientiam nostram divexet.* Præterea, *quod Juris Romani subtilitates* m), *defecatas amtiqvitates, myste-*

ria

i) Lege HOTTOMANNUM *in Anti Triboniano cap.* 14.

k) Expende THOMASIUM *in Progr. de causis inutilium doctrinarum in studio juris*, &in *Vindiciis de exiguo Pandectarum usu in foris Germaniæ*, quas *Nævis jurisprudentiæ Antejustinianeæ* inseruit pag. 188. sqq. Jungenda his est *ejusdem* dissertatio: *An Legum juris justinianei sit frequens usus practicus in foris Germaniæ?*

l) Exempla in singulis Titulis fere sunt obvia, præcipue in argumento Emancipationis, Magistratus, adoptionis, Manumisfionis, juris Patronorum &Libertorum, Bonorum possesfionIs, Pactorum & stipulationum, peculiorum, servitutis, privatæ in jus vocationes, ne dicam de aliis doctrinis, quas ex jurisprudentiæ campo peculiari studio conquisiverunt GEO. BAYERUS, ANT. MATTHÆI, KESTNERUS, & qui novissime JCtos à confusione juris romani & Germanici æque ac ab otiosis doctrinis dehortatus est, IO. BARBAYRAC *Orat. de studio juris recte instituendo pag.* 49. 50.

m) Lege KESTNERUM *in Problemate VIII. & XI. de mysteriis Juris, sive doctri-*

ria & inanes Interpretum doctrinas & qvæstiones extorres n) *esse jubeamus à scholis & curiis, ac sollicite eo annitamur, qvo de Jurisprudentiæ Romanæ Praxi Germanica enucleatius ubique constet ex Legum & Juris Romani receptionis indole.* Denique *vero, qvod non acquiescamus in Juris Romani cognitione scholastica & curiali; Sed defectum ejusdem & insufficientiam expleamus in Germaniæ foris cognitione multiplicium, qvorum nesciæ sunt Institutiones & Pandectæ Romanæ, Germanici universalis & particularis argumentorum* o), *qvorum usus in vita & praxi apud Germanos adeo insignis est, ut animum in sententiæ religione denuo confortent atqve stabiliant* : Illum demum felicem esse, qui didicit non dediscenda in republica & civitate, *hoc est, qvi profitetur Jurisprudentiam Romanam & Germanicam solidiorem, ex intimis Jurium visceribus haustam, curatam, rationibus & principiis subnixam, certam proinde, ad usus forenses Patriæ, collato utriusque Juris concentu vel discrimine, applicatam, adeoque non*

C 2 *cathe-*

doctrinis solida ratione destitutis in materia de Captivis, sponsalibus, Donationibus inter virum & uxorem, servitute, Criminibus & Processu.

n) Segetem illarum exhibet KESTNERUS *in dissertatione de Lana Caprina, & Præses de Juris R. indole in foris apud romanos & germanos pag.* 157. Accedit Catalogus quæstionum subtilium CAJI, *JCti romani*, apud *HERTIUM in Satura rerum qvæ ad jus spectant singularium, præfatione.* Plures inanes speculationes, qui scire desideraverit, legat & meditetur quæstiones : *An Pavo semper in integrum restitui queat, quia ultra viginti quinque anuos non vivit? An psittacus exacte vocem exprimens, stipulari possit? An corvus ex Arca Noæ emissus judicio mandati teneatur, quod non redierit?* quas insigni eruditione movet STEPHANUS FORCATIUS *in Aviario juris Civilis.*

o) Quorum catalogum nectunt GEO. BAYERUS *in specimine juris germanici*, ENGELBRECHTIUS *in commentario de Necessitate & utilit. studii juris Germ.* § 13. & plures, quos nominat Præses *diss. de juris romani indole* pag. 132.

cathedris solum & scholis accommodatam, sed etiam Curiis, ciuitatibus, usui Reipublicæ & Judiciorum.

Habes nunc rationes, quibus moti sunt JCti, ut in hoc scriptionis genere recentiori ætate maluerint meditari Juris Germanici à Romano practicas dissonantias. *Animo nobiscum constitutum erat, secuturi eorundem vestigia, speciminis loco hac methodo rimari insignis momenti & ponderis argumentum* de rerum Dominio, præcipue intuitu Regalium. *Et quidem iterum non sine consilio & ratione. Glossis & Juris Romani formulis & dictionibus Interpretes abundant ac tument in titulo de rerum divisione, cujus paraphrasin, neglecta ubique pragmatica Jurium ratione, prolixa opera repetunt non nisi ex princincipiis romanizantibus. Officio nunc suo se satisfecisse putant, si res sanctas, religiosas, publicas, communes & rerum alias differentias & acquisitiones descripserint verbis Triboniani, nihil aut parum reputantes, an hujus generis descriptiones cum indole Reipublicæ Germaniæ & nostris rerum institutis consonent.* p) *Exulat in Germania status popularis, procul est à nostris limitibus paganismus; quæ publica bona fuerunt apud Romanos, sunt in Germania fiscalina, quæ nullius, quæ populi, quæ occupantis fuerunt, nunc sunt Principis, quæ Diis dicata & constituta fuerunt extra commercium, nunc pertinent ad res Universitatis. Plurima præterea in his rerum momentis usus non solum & mores mutarunt, verum, quod magis est, addidit illis peculiaris Germaniæ indoles res domaniales, jura regalia, subterranea & territorialia, res patrimoniales & bona feudalia, quorum in institutionibus vola neqvidem est, sed insignes*

p) Legi poterit ex instituto D. CHRIST. HENR. FREISLEBENIUS diss. *de difficultate jurisprudentiæ hodiernæ in statu monarchico, ex doctrinis ad statum Reipublicæ Aristocratico-Democraticæ aptatis, oriundæ*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0026
DFG

insignes in Germania habentur controversiæ & lites, ne dicam de otiosis Juris Romani in Germaniæ praxi obtinendi dominii ipsis rationibus & modis. Horum enim usus nullus est, nisi lumen accesserit ex Historia, Jure, Usu, Indole & Observantia Reipublicæ Germanorum, sine quibus auxiliis, in rationibus, indole & principiis doctrinæ de rerum differentiis & Dominio, præcipue intuitu Regalium, explicandis, à vero tramite in Imperio & Republica Germaniæ deflectunt communes Interpretes, qvi arva sua rigant sudore Romano & Longobardico ARUMÆI, MYLERI, BOCERI, EINSIEDELII, SIXTINI, BRUCKMANNI, pluriumque, quibus in Jure privato & publico hodierno imposuit popularis & imperatorius status apud Romanos & Longobardos. Verum enim, svasu & jussu illorum, qvibus reverentiam debemus, huic specialiori tractationi impræsentiarum præferre maluimus argumentum ipsius methodi, qvam descripsimus, fundamentale, quo differuisse universim præstat de Juris Romani & Germanici Fontibus seu Principiis, usu & dissonantiæ causis. *In hac ipsa doctrina & cognitione generaliori residet totius Juris Romani & Germanici consonantis & dissonantis primum præsidium, fulcrum, indoles, fundamentum, ratio, cynosura & norma, ad quam specialiora Jurium momenta quæque expendi poterunt & examinari faciliori studio eoque feliciori. Id itaque agendum nobis erit, ut ex genuinis Historiarum Juriumque capitibus ac fidis rationibus, ex indole, foro, Legibus, & Praxi utriusque Reipublicæ constet de Juris R. & G. fontibus, eorumque Valore forensi, usu, dissonantiis, earumque ratione ac causa.*

De
Juris Romani & Germanici Principiis usu, & dissonantiæ causis.

§. I.

Ex primis fontibus doctrinas repetere, interest.

MAnca & imperfecta est singularum disciplinarum cognitio, nisi de illarum origine plenius & enucleate pateat, a) ac singulæ doctrinæ in immenso campo Jurisprudentiæ ex primis fontibus repetantur, & Historiarum fundamentali auxilio, limpidissima aqva irrigentur. Densa caligine studia & dogmata sunt obfuscata, in squalore spumant doctrinæ, in tenebris palpant interpretes & nodum in scirpo qværunt sæpiuscule, si destituti fuerint primigenia luce historiarum & præsidiorum b) fundamenta-

a) *HENR. COCCEJUS in Jurisprudentia Publica Cap. V. Sect. II. pag.* 137.

b) *CONRINGIUS in Epistola VII. RECHENBERGIUS Diss. de autoritate historiæ in probandis quæstionibus juris & facti pag.* 8. Exemplis ac rationibus rem definivit THOMASIUS in *Specimine Jurisprudentiæ judicialis*, nec non BUDDÆUS *in Meditationibus ad Historiam Romanam*, quas *Selectis Juris Naturæ & Gentium* inseruit.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0028
DFG

mentalium. In rebus turbatis ordinem nullus habuerit curatum, in obscuro perspicuitatis verique in dissensu nemo facile inierit rationes, qui colligendis saltim scriniis & definiendis causis, non repetendis a sua origine doctrinis fuerit adsvetus. Comprobant hanc doctrinam usus & experientia non in solius Jurisprudentiæ privatæ studio, sed firmant eandem, stabiliunt & obsignant hæc omnia, ipsa rerum testimonia in studio Theologiæ c), artis medicæ d), Philosophiæ, e) Politices f), Jurispublici, g) & universæ literaturæ h).

§. II. Facile

c) Exempla proferunt *RODINGERUS in Conjecturis de Ordine Psalmorum pag.* 31. *seq.* *JO. CLERICUS Orat. de utilitate & necessitate historiæ ecclesiasticæ pag.* 6. & *VOSSIUS Epist.* 79. ubi asserit, quod ipse visus sibi sit epulari in cœlesti qvodam cum diis cœnaculo, simulac legerit GROTII librum *de Veritate Religionis Christianæ*, qvam historico filo deduxit à primis Natalibus. Idem studium commendat scripta *CHEMNITII, MORNÆI, HUETII, SPENCERI, BOCHARTI, FABRICII, BASNAGII, FLEURII, THOMASINI, CAVEI* & plurium.

d) Docent hoc universim ANDR. OTTOM. GOELICKIUS *in periodis historiæ medicinæ universalis*, & FRID. HOFFMANNUS *diss. de utilitate consignandi historias morborum.* Exempla addunt *MARVILLE dans les melanges de literature* T. I. pag. 69. *PIERRE MESSIE dans les leçons diverses p.* 706. *VOGLERUS Introd. ad Hist. Lit. p.* 134. *THEOD. JANS. ab ALMELOVEN de Inventis vulgo novis & in arte medica repertis p.* 13.

e) Egregia hujus rei Specimina dedit *HEUMANNUS* Vir Clariss. *in Actis Philosophorum P.* I. *c.* 1. *P.* 2. *p.* 183. 246. *P.* 3. *p.* 430. cujus doctrinæ sapiunt historiam & olent lucernam,

§. II.

Fontes Juris Romani in statu regio enumerantur ab U.C. usque ad A. 244.

Facile proinde & Juris Romani & Germanici dissonantiæ, quas nostro ævo Icti tantopere commendant, nec sine ratione & fructu ab illis collaudari, in prælimine evicimus, certe nunc sibi deposcere visæ sunt mihi merito universim ipsas fundamentales prænotiones & peculiarem industriam, in utriusque Juris recepti & domestici principiis seu fontibus, eorumque usu & dissonantiæ causis generatim defixam, ut in singulis doctrinis de JCtorum cura & tractandi ratione constet sigillatim paulo enucleatius & luculenter. Ordior a fontibus juris Romani seu antejustinianei, quod cum intra suos limites & a Jure justinianeo, ætate sua, origine, suisque principiis distinctum sit, distinctas æque requirit assertiones. Ante Justinianum usi sunt Romani peculiari jure, vario tamen & multiplici pro diversitate status & Reipublicæ, quæ

cernam, non nænias. Nominandi æqve hoc loco sunt THOMAS STANLEY, GEORG. HORNIUS, EPHRAIM GERHARD *in Historia Philosophica*: BASNAGIUS *Epist. diss. adversus Simonium* pag. 192. & JO. FABRICIUS *de Cacozelia Gentium*, qvorum meditationes & argumenta de Philosophiæ solidiori expositione lectori salivam movent.

f) FLEURY *en Choix des etudes P. 1. cap. 1. MARVILLE dans les melanges d' histoire T. 2. pag. 223. JOH. CLERICUS in Arte Critica P. 1. c. 14. p. 417.*

g) *MONZAMBANO in Epistola ad Lælium pag. 9. WERLHOFIUS in Notit. Imperii Germ. L. 1. c. 1. §. 34.*

h) L. B. de VERULAMIO *de D. & A. scientiarum c. 4. HENR. MEIBOMIUS in præfat. ad* Vogleri *Introd. in Notitiam Scriptorum.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0030
DFG

qvæ vel Regibus subfuit, vel libertate populari gaviſa eſt, vel ab Imperatorum nutu & ſanctionibus pependit. In ſtatu regio legalia principia Romanorum præſcripta ſunt & definita ab arbitratu & prudentia Imperantium ſuperiorum. Primas LL promulgavit ROMULUS, i) promulgatas *jure Pontificio*, k) *Legibus politicis & civilibus* l), ſingulari cura auxit NUMA POMPILIUS, qvem laudatiſſimo ſtudio in ſtatuendis Romani Juris Principiis imitati ſunt TULLIUS HOSTILIUS, m) ANCUS MARTIUS n) TARQUINIUS PRISCUS o) SERVIUS TULLIUS præcipue p) & TARQVINIUS SUPERBUS q) populi ſvaſu & conſenſu, accedentibus ſubinde

i) Prolixe ipſius Leges conſultiſſimas recenſent *DIONYSIUS HALICARNASSEUS Antiquit. Roman. Lib. 2. pag. 94.* & *PIGHIUS L. 1. Annalium p. 15.*

k) *LIVIUS Libro 1. cap. 19. 20. JAC. GUTHERIUS de veteri Jure Pontificio L. 3. 4.*

l) Pertinent huc ſanctiones *de Fecialibus belli, de limitibus prædiorum, de fide publica,* & *minuendis funerum impenſis*, de quibus æque ac aliis *DIONTSIUS HALICARNASSENSIS* Lib. 11. pag. 124. *PLINIUS Hiſt. Nat.* Lib. 13. cap. 13.

m) *DIONYSIUS HALIC. L. 3. Antiquit. pag. 160.*

n) *LIVIUS L. 1. c. 32. HALICARNASSEUS L. 3. p. 178.*

o) *IDEM L. 3. p. 196. LIVIUS L. XI. c. 35. 36.*

p) *PAULUS MERULA de Legibus Romanorum cap. VII. ANT. GARRO in Comm. de O. J. p. 51.*

q) *TACITUS L. 3. Annalium cap. 26.* HALICARNASSEUS *L. 4. p. 218. 278.* ANT. MURETUS *in Commentariis ad Titulos IV. L. 1. ff.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0031
DFG

inde legibus Curiatis & centuriatis Comitialibus r). Disperſas has ſingulorum Principum diverſi ævi Leges, ut conjunctim prodeſſent, in unum ſyſtema coëgit & edidit in *Corpore Juris Civilis Papiniani* PUBLIUS, vel ſiqvis malit, SEXTUS PAPYRIUS s). At vero non potuit hæc cura ſingulas leges vindicare ab interitu apud Romanos, qvibus bilem & ſtomachum moverat TARQVINII filius, cui dulce fuerat pudicitiam Lucretiæ carnali lancea expugnaviſſe. Pulſo proinde *Turqvinio* & exactis *Tribunitia* Lege Regibus, odioſæ Leges eorundem exoleverunt omnes

r) CICERO *Orat. de Lege agraria II. cag.* 10. CAROLUS SIGONIUS *de antiquo Jure civium Roman. Lib.* 1. *cap.* 17. NICOL. GRUCHIUS *Lib.* 3. *de Comitiis Romanorum* pag. 711.

s) Commentatus eſt in hujus Summi Viri apud Romanos collectionem GRANIUS FLACCUS, cujus tamen induſtriæ monumenta, vetuſtas exedit, ſi exceperis reliquias apud MACROBIUM L. 3. c. XI. Ipſarum Regiarum Legum fragmenta aliquot ſuperſunt apud ANTONIUM AUGUSTINUM in Tractatu *de Legibus & Senatusconſultis Romanis*, qui prodiit cum notis FULVII URSINI. Plura congeſſit FR. BALDUINUS *in Legibus Romuli*, & JUSTUS LIPSIUS, cujus fragmenta Legum Regiarum extant inter ipſius opera. Multa inde hauſerunt FRIDERICUS SYLBURGIUS, PARDULPHUS PRATEJUS, CONTIUS, FR. MODIUS *in Pandectis Triumphalibus*. Succincte vero ipſas Leges expoſuit PIGHIUS *in Annalium Libro* 1. *cap.* 15. ad quem ablegatos quosque eſſe volumus, qui Legum Regiarum reliquias quærunt *in L.* 2 *ff. de mortuo inferendo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0032
DFG

omnes qvæ libertati obfuerant populari, regiumqve tuebantur dominatum ac imperium. Illæ igitur ſanctiones, qvæ ad Magiſtratum, ad jus Privatorum & ad religionem ſpectarunt, cum regio nomine non ſimul ceciderunt, t) ſed una cum Legibus curiatis in Tabulis Decemviralibus, SCtis & Plebiſcitis, u) ſunt confirmatæ & etiam nunc non otioſæ antiqvitati x), ſed juris Juſtinianei illuſtrationi inſerviunt. z)

§. III.

Mutata nunc eſt, elapſo ſub Regibus ſpatio ducentorum qvadraginta qvatuor annorum, Regia dominatio in potentatum Conſularem & Decemvirilem. Populari in hoc rerum & Reipublicæ ſtatu latæ ſunt in Comitiis Leges a JUNIO BRUTO & VALERIO Publicola a), qvibus, pepulo urgente, ſexto poſt reges ejectos anno, acceſſerunt Leges *Sacratæ*

Principia Legalia in ſtatu liberæ Reipublicæ Romanæ exponuntur ab A. 244. usque ad Imperium Cæſaris.

t) Quin renovatæ ſunt à *Junio Bruto*, & indubie ab ipſo *Juſtiniano* ſubintelliguntur ſub mentione ſanctionum ab urbe condita. Collineant huc DIONYSIUS *L. 5. pag. 278.* TACITUS *L. XI. Annal. cap. 22.* APPIANUS *in Punicis pag. 113.*

u) Ex POMPEJO, FESTO & aliis fidis Doctoribus hæc probat SCHUBARTUS *de fatis Jurisprud. Romanæ* Ex. 1. §. 45. ſq.

x) Uti putat UDALRICUS ZASIUS *ad L. 1. ff. de Legatis* n. 2.

z) BURCARD GOTTHELF STRUVIUS, Vir Celeberrimus, *in Syntagmate Antiquitatum Romanarum* cap. XII. pag. 594.

a) VALERIUS MAXIMUS *L. 4. c. 1. §. 1.* PLUTARCHUS *in Publicola* p. 108.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0033
DFG

sive perpetuæ, b) qvibus Reipublicæ turbis, incertitudini rerum & libertati qvam maxime fuit prospectum. c) Ut vero Patritiorum auctoritati nunc certi præfigerentur limites, promulgatæ sunt Leges *Publiliæ & Terentillæ*, d) sed in his neqve demum acqvieverunt Romani, qvibus, exortis in urbe romana variis dissidiis, consultius visum fuit, svasore *Romilio*, Anno ab urbe condita trecentissimo, per Legatos a Græcis qvidem Athenienſibus & Lacedemoniis Leges emendicari, sed qvod DIONISIUS HALICARNASSEUS observat e), non nisi facta accuratione ad indolem Reipublicæ Romanæ, junctis simul Legum veterum regiarum & consvetudinum patriarum placitis & utilissimis argumentis f). Nunc a *Decemviris*, apud qvos jam summa totius regiminis consederat, in duodecim tabulis singula hæc Legum

b) LIVIUS *libro* 2. *cap.* 32. SCHUBARTUS *Exerc.* 2. §. 89.

c) Re ipsa incertitudini Juris ansam suppeditarunt, præcipue lata Lege *Tribunitia*, quæ, si exceperis Leges *Tullii & Valerii*, quam maxime injuria est in Sanctiones vetustioris ævi. DIONYSIUS *Halicarnaſſenſis lib.* 6. *p.* 367. PARDULPHUS PRATEJUS *in Jurisprudentia Draconis cum Jure Legum Regiarum & Decemviralium collata p.* 100.

d) LIVIUS *lib.* 11. *c.* 56. VENTURA CÆCUS *ad L.* 2. *ff. de O. J.*

e) *L. X. Antiquit. Romanar. cap.* 66. Dissentit THOMASIUS *Libr.* 1. *de Nævis Jurisprud. Antejust. cap.* 2.

f) JAC. CUJACIUS *lib.* 3. *Observationum cap.* 40. GVIL. MARANUS *ad L.* 2. *ff. de O. J. p.* 119. HARMENOPULUS ἐν προχείρῳ *libr.* 1. *tit.* 1. *p.* 17.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0034
DFG

gum præcepta publice sunt exhibita g), & una cum auctu Tabulæ undecimæ & duodecimæ h), in sequenti anno trecentissimo tertio, auctoritate APPII CLAUDII præcipue, omnium civium oculis & usui quam solennissime exposita pariter ac serio commendata i) instar præsidiorum Jurispublici privatiqve Reipublicæ Romanæ k). Uti vero instabilis animi fuerunt Romani cives; ita leges eorundem metamorphosin

g) BRODÆUS *libro* 4. *Miscell. c.* 12. MAURITIUS *de libris Juris communis* §. 3. JO. ROSINUS *Antiqu. Rom. lib.* 8. *cap.* 6.

h) Quæ *Osciæ* dictæ sunt ab odio & Campaniæ populo. Primaria harum Lex fuit, ne Patriciis cum plebejis licita essent connubia, sine dubio, ne per mutua familiarum connubia atque affinitates coalesceret inter ordines concordia. AULUS GELLIUS *lib.* 2. *cap. XI.* FLORUS *lib.* 1. *cap.* 24. DIODORUS SICVLVS *lib. XII. pag.* 87.

i) CICERO *lib.* 1. *de Oratore c.* 43. ULR. HVBERVS *lib.* 2. *digress Justin. cap.* 2. THEOD. MARCILIVS *in Collectione legum XII. Tab. pag.* 51.

k) Legi poterunt ipsa fragmenta, ex naufragio quasi collecta & restituta, apud FR. PITHOEVM, AYMARVM RIVALLIVM, JO. OLDENDORPIVM, & qui hujus sudore arva sua rigat, VAL. GVIL. FORSTERVS *in Historiæ Juris libro primo.* Curatiores interpretes sunt FR. HOTTOMANNVS, JAC. RÆVARDVS, JOH. CRISPINVS, FR. BALDVINVS, ANTONIVS, CLARVS, SYLVIVS, & qui his palmam dubiam reddidit, JAC. GOTHOFREDVS, qui Leges duodecim Tabularum studio congessit *in Fontibus*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0035
DFG

phosin denuo passæ sunt post extinctam autoritatem Decem virorum. Consules nunc adsciti sunt in Imperium populare, Tribunis & plebi, peculiaris, qvibusvis sua, in comitiis fuit auctoritas, ut deniqve Jurisprudentia Romana nunc aucta fuerit & mutata Lege Horatia l), Publilia m), Hortensia n), Disputationibus fori & Interpretationibus prudentum o), For-

---

tibus quatuor *Juris Civilis.* Ipsius vestigia JANUS VINC. GRAVINA *in Specimine Juris prisci* secutus est circumspecte, & idem dixerim de Commentario SIMONIS LEEWENII, quem inscripsit *de Origine & Progressu Juris Romani.* Veteris ævi in has Leges commentatores enumerati sunt à FABRICIO *lib.* 4. *Bibliothecæ Latinæ c.* 9. *p.* 806. RITTERSHUSIO *in Proleg. ad Commentarium in leges XII. Tab. c.* 6.

l) ANT. AUGUSTINUS *de legibus & Senatusc. Romanis p.* 51. PIGHIUS *lib.* 1. *Annalium p.* 155.

m) GELLIUS *libro XV. cap.* 27. PAULUS MANUTIUS *de legibus Rom. p.* 36.

n) DIODORUS SICULUS *libro* 12. *p.* 87.

o) Appellantur communi nomine *Jura civilia media*, ideo, quod mediæ sint inter Leges XII. Tabularum & Constitutiones Imperiales. Singulas disputationes, ut Jurisprudentiam Romanam instaurarent & ad fines suos retraherent, in artem & systematicum complexum redigere aggressi sint PUBLIUS MUCIUS, BRUTUS, MANLIUS, præcipue MUTIUS SCÆVOLA & POMPONIUS, de quibus ex instituto legi poterunt PRATEJUS *in Jurisprudentia media:* BOECKELENIUS *Orat. de diversis familiis seu sectis JCtorum:*

FR.

o), Formulis & Legum actionibus p), Jure Flaviano q), Jure Æliano r), Legibus civilibus & singularibus s), Plebiscitis t), Senatus consultis, u). Præ-

FR. BALDUINUS *in Jurisprndentia Mutiana:* HENR. LUD. MOLINÆUS *de Origine & Fatis Juris Romani cap. 4. p. 47. sq.*

p) BRISSONIUS *lib. 4. Select. ex Jure Civili Antiquit. cap. 20.* GOTHOFREDUS *ad L. 123. de R. J.*

q) Quo Auctor Legum ipsas actiones, quæ hactenus repositæ fuerant apud Collegium Pontificum, civium oculis publice exposuit. GVIDO PANCIROLLUS *Thes. var. lect. Libr. 2. cap. 2.*

r) Auctor SEXTVS ÆLIVS genera agendi auxit & novas iterum finxit subtiles formulas, quæ demum evanuerunt sub Constantino Magno. NORISIVS *in Cenotaphio Pisano diss. 3. §. 9.*

s) Quarum mentio in jure frequens admodum est ac utilis. Universim illas in ordinem redegerunt ANT. AVGVSTINVS, LVD. CHARONDAS, JOH. VLR. ZASIVS, PAVLVS MANVTIVS, FR. HOTTOMANNVS. Singulari vero studio plures commentati sunt speciatim in capita selectiora. Veterum nomina refert CVJACIVS *L. 2. Obs. cap. 21. L. 14. c. 14. L. 19. c. 34.* Sed expedit, meminisse recentiorum. Legem *Juliam* Majestatis exposuit ANT. CONTIVS. Legem *Cinciam* docta Minerva interpretatus est FRID. BRVMMERVS. Legem *Aquiliam* insigni laude explicuit GERARDVS NOODIVS. Legem *Vocaniam* descripsit JAC. PERIZONIVS. Legem *Juliam* de adulteriis illustravit BARN. BRISSONIVS. *Caniniæ* Legis Interpretem egit EPHRAIM GERHARDVS.

Scri-

Prætorum edictis, iisqve honorariis x), & perpetuis z).

§. IV.

Scriboniæ Legi vero & *Rhodiæ* de jactu facem addiderunt JAC. RÆVARDVS & CORNELIVS BYNCKERSHOECK.

t) GELLIVS *lib.* 15. *Noct. Attic. c.* 27.

u) Pertinent huc Edicta Magistratuum, Consulum, Censorum, Dictatorum, Ædilium, Quæstorum, Tribunorum, Proconsulum, pluriumque. Singula SCta ordine nominant & exponunt ANT. AVGVSTINVS, FVLVIVS URSINVS & FR. HOTTOMANNVS in libris *de SCtis*, qui in secundo Tomo *Thesauri Antiquitatum Romanarum Græviani* exstant. Formulas SCtorum exhibuit BRISSONIVS *libr.* 11. *pag.* 164.

x) Spectant huc JO. STRAVCHII *Dissertationes Ædilitiæ*, & Observationes CAMILLI BORELLI *de Magistratuum Edictis.*

z) GVIDO PANCIROLLVS *Thesauro var. lect. Libro I. c.* 34. Commendandi hic simul sunt BOEHMERVS *dissertatione de Majestate Magistratuum Majorum:* PETRVS SCRIVERVS *in Republica Romana:* ANDR. ALCIATVS, JO. PYRRHVS *de Magistratibus Romanorum* & JVL. CÆS. BVLENGERVS *de Imperatore Romano.* Illos vero, quorum de Civium Romanorum Jure peculiari *Quiritario, Municipiorum, Italico, provinciali, coloniarum, Nobilium*, æque ac *de variis judiciis & processu*, instrui interest, compendii causa ablegatos esse volumus ad BVRCH. GOTTH. STRVVIVM *in Historia Juris Rom. p.* 115. §. 31.--51. CHRISTOPHORVM CELLARIVM *diss. de Processu Juris Romani antiquo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0038
DFG

§. IV.

Eruuntur Principia Juris Romani in statu Reipublicæ sub Imperatoribus usque ad Justinianum.

Multiplici in hac rerum Juriumqve perturbata multitudine perstitit respublica Romanorum libera usqve ad ævum, qvo & intestina bella & exterorum tumultus & odia, in totuplici Romani Imperii fama cives docuerant, qvam frustranea sit omnis felicitatis humanæ conditio, nisi in summum Imperantem omnimoda potestas fuerit collata. Jacto igitur nunc monarchiæ sub JULIO CÆSARE fundamento, novam prorsus Respublica induit faciem & formam, qvam ad gloriam usqve composuit OCTAVIANUS AUGUSTUS, qvi callida prudentia populum adeo demum sibi obstrinxerat, ut illimitatam in illum contulerit sine murmure imperii majestatem a). Originem nunc suam cæperunt Orationes Principum, Pragmaticæ Sanctiones, Edicta,

E Man-

a) Venit hæc potestas sub nomine *Augusti privilegii*, *Legis Imperii* vel *Legis Regiæ*, quam pro figmento quidem, sed temere, habuerunt MART. SCHOCKIVS *de quadruplici Lege Regia Sect.* 3. *cap.* 3. ARNOLDVS CLAPMARVS *lib.* 2. *Arcan. Reipubl. cap.* 15. GEORG. CHRISTOPH. STIRNIVS *de Constitut. Principum Tit.* 3. Facile in eo quidem meum assensum impetrant, quod *Julio Cæsari* nulla expressa Lege imperium privative fuerit delatum, verum, qui *de Augusto*, confirmata ad plenitudinem usque monarchia, subdubitaverit, fluctus sibi movet in simpulo. Ita enim THEOPHILVS *in J. de J. N. & G. §.* 6.: ὁ γαρ δῆμος τοῦ τὸν ἐχειροτόνησε, νόμου ῥεγίου τοῦτο κυρώσαντες, ὃς περὶ βασιλείας

Mandata, Decreta, Epistolæ & Rescripta Principum b), tum & sub Cæsaris auctoritate Senatus consulta, Magistratuum plurium Leges & Responsa Prudentum. c). Effu-

λείας πᾶσαν βασιλεῖ δέδωκε κατὰ δῆμος τὸν ἐξουσίαν. Idem repetitur *in L. 1. pr. ff. de Constitutionibus Principum*, & §. 7. *C. de V. J. E.* ut mirum esse possit, qua ratione confundere potuerit hanc regiam & politicam Legem, cum *Lege Regia Romulina*, curatissimus ceteroquin FR. HOTTOMANNVS *Antiquitatis Romanarum libro primo*, merito propterea notatus à SCIPIONE GENTILI in peculiari *de Lege Regia* oratione. Singulas SCHOCKII oppositiones curato studio diluunt & contundunt CONRINGIVS *ad Lampadium P. 2. pag. 72.* VLR. HVBERVS *lib. 1. Digress. Justin. cap. 16. seq.* Consentiunt JOH. FRID. GRONOVIVS *Orat. de Lege Regia pag. 5. seq.* THOLOSANVS *Syntagm. Jur. Civ. lib. 6. cap. 8.* FR. CONNANVS *Comment. Jur. Civil. lib. 1. cap. 16.* THOMAS LANSIVS, EDMVNDVS MERILLVS, ceteri. Ipsum fragmentum Legis exhibuerunt ECCARDVS *in Explicatione Legis Regiæ pag. 28.* GRVTERVS *in Inscription. f. 242.* RVPERTVS *ad Enchiridion Pomponii pag. 151.*

b) JAC. GUTHERIUS *de Officiis domus Augustæ cap. 30.* *BRISSONIUS de formulis antiquis p. 278.*

c) *DIO CASSIUS libro 52. pag. 485. lib. 53. p. 511.* *JAC. GOTHOFREDUS ad l. 1. C. Theod. de Responsis Prudentum.* *GALIENUS cap. 6. de Usufructu n. 6.* Expedit hic addidisse Scriptores de Sectis & Philosophis Romanorum, GAUDENTIUM, EVERARDUM OTTONEM, PANCIROLLUM, CHRIST. OTTHONEM à BOECKELEN, ANDREAM OCKELIUM.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0040
DFG

c), Effusa tot Legum copia movit *Hadrianum* Imperatorem d), ut accurante Afro JCto SILVIO JULIANO, Edictum perpetuum e) promulgaret; simulqve & JCtos experrexit, ut privata industria, argumenta Edicti perpetui f), & Constitutionum Cæsarum complecterentur & absolverent in Institutionum g), & Pandectarum h) libris. Inter virgulta

d) Moverat eadem prolixitas & *Julium Cæsarem* & *Augustum*, ut cogitare cœpissent, sed irrito successu, Jurisprudentiam civilem & Julias Leges conferre in unum Codicem. *Flavius Vespasianus* feliciori sydere *SCta & Plebiscita* ab urbis exordio congessit & uno filo contexta exhibuit. SVETONIUS *in Vita Vespasiani cap.* 8.

e) Fragmenta ex Pandectis & Commentariis JCtorum sollicite ab interitu vindicarunt JAC. GOTHOFREDVS, EGVINARIVS BARO, præcipue GVIL. RANCHINIVS, cujus curas nostra ætate cum auctu edidit *Vir Cl.* JOH. HERM. SCHMINCKIVS.

f) LAVRENTIVS ANDR. HAMBERGER diss. *de edicto perpetuo cap.* 1.

g) Primus, qui animum accinxit ad constringendas in unum vinculum tot veterum constitutiones, est TITVS CAJUS, cui debemus *Institutionum libros quatuor*, ad quarum normam composuit deinceps suas JVSTINIANVS. Secuti sunt CAJI vestigia, ANIANUS, ÆLIUS, MARCIANUS, FLORENTINUS, CALLISTRATUS, JULIUS PAULUS, & inexhaustæ segetis ac immensæ multitudinis JCti alii, ex quorum fragmentis sua transtulit TRIBONIANUS. Plurium horum scripta & curas selectiores, CAJI præcipue & PAULI, laudatissimo studio nuper collegit ANT. SCHVLTINGIVS *in Jurisprudentia Ante-Justinianea*, qua superat

gulta eminent GREGORIUS i) & HERMOGENIANUS k), qvorum Codicibus sub *Constantino Magno* l) nova Juris ratio, & sub *Theodosio Juniori*, Codex demum Theodosianus accessit. m)

§. V.

De principiis Juris Romani Justinianei civilis.

Vidimus nunc succincte de Juris Romani Antejustiniani principiis multiplicis auctoritatis, nunc regiæ, nunc decemviralis & consularis, nunc demum Imperatoriæ. Accedimus igitur ad *Jus civile Justinianeum*, qvod ex romano Jure & prisci ævi Legum præsidiis collectum est atqve instructum juris naturalis

perat SICHARDI, LEEWENII, CUJACI, BOUCHARDI, omniumque hujus argumenti *Antistitum* industriam.

h) *Spectant* huc Libri Digestorum DOMITII ULPIANI, MODESTINI, SALVII JULIANI, ALSENII VARI, CELSI, MARCELLI, SCEVOLÆ, MASURII SABINI, pluriumque, quorum sententiis & regulis postea usi sunt Compilatores Pandectarum.

i) Qui JVSTI PAPIRII exemplo commotus, Imperatorias constitutiones coëgit in unum Codicem. PANCIROLVS *de claris Legum Interpretibus lib. 1. cap. 66.*

k) ÆGIDIVS MENAGIVS *in Amœnitatibus Juris cap. XI.* SCHVLTINGIVS *in Notis ad Titulum I. Codicis Gregoriani.*

l) EVSEBIVS *in Vita Constantini lib. 4. c. 24.* FR. BALDVINUS *Commentario ad Leges ecclesiasticas & civiles Constantini Magni lib. 1. cap. 4.*

m) De singulis editionibus egit GEO. BAYERVS *in Notitia Autorum Jurid. Specim. II. p. 28.* GOTHOFREDIANA reliquis est instructior, refert tamen cum hac junxisse CVJACIANAM, quæ *Theodosii Novellas* exhibuit curate.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0042
DFG

ralis n), & insigni sententiarum Legum, fragmentorum, constitutionum & rescriptorum curatiori ordine & copia. Vicit in hoc studio omnes ante se natos Cæsares sacratissimus JUSTINIANUS, qvi mox in vestibulo regiminis, Theodora suæ consilio o), in id animum defixerat, qvo cum delectu Cæsareas constitutiones in novum codicem redigeret, qvem nominavit *Justinianeum*. Justitiæ & gloriæ

n) Cave tamen, ne fide BALDI & *glossatorum* tibi imagineris, quod naturalis ubique ratio, quin *ipse Spiritus Sanctus* Juris Romani præcepta posuerit in ore Prætorum Ridicula est hæc assertio, quam multa tamen religione urget SFORTIA ODDVS, qui rusticos excusatos esse voluit, si ex ignorantia *Juris Romani* deliquerint, quod sine dubio habuit pro voce Dei & Juris naturalis. Eodem principio uti videntur, qui mordicus inficiantur, quod Juri Romano insint Leges obstantes seu Antinomiæ. Ipsi Juris Naturalis apud Romanos interpretes sæpiuscule indigni sunt hac sparta. Jus gentium distinxerunt à jure naturali, & hoc iterum in proprium & improprium diviserunt, ut bestiis tribuerent cum stoicis rationem & jus naturale. Dixeris eadem felicitate: Hominem esse vel proprium vel improprium, & hunc esse simiam, vel hominem pictum. Quin barbam viri poteris vocare rationalem & propriam, capri vero rugas barbæ crudeliter depexæ, improprias & irrationales. Plura philosophiæ moralis hiulca specimina ad nauseam usque legi poterunt apud *Interpretes Tituli de Justitia & Jure*, præcipue apud LVDOVICVM MOLINAM, LEONARDVM LESSIVM, JO. CORASIVM.

o) *PAGANINUS GAUDENTIUS de Justiniani Seculi moribus P. 2. pag.* 21. *GIPHANIUS in Justiniano pag.* 19. *JO. BODINUS de Republ. lib.* 1. *c.* 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0043
DFG

cupiditate ductus, ad veterum qvoqve JCtorum libros ſtupendæ molis enucleandos animum applicuit,& præfinito labori deceñii tempore, in TRIBONIANUM & ſedecim viros curam contulit, qui gloriam petentes ex celeritate ſpem Cæſaris expleverunt ſpatio unius quadriennii. q) Elogio *Pandectarum ſeu Digeſtorum* hoc opus in ſuos amplexus recepit *Juſtinianus*, cujus cura eodem anno ſimul hæc fuit, ut ex Digeſtorum volumine *Inſtitutiones* componerentur r) in cupidæ Legum Juventutis, quæ primis Jurium elementis formari ſolet, faciliorem uſum. His omnibus demum Cæſar inſtar Coronidis addidit A. 534. *Codicem repetitæ prælectionis* s), quem denique exceperunt *Novellæ* t) & *Authenticæ*. u) Et hæc Jurium ſingula principia ſunt fontes,

p) Quem edidit A. 529. PAVLVS DIACONVS *de Geſtis Longobard. lib.* 1. *c.* 25.

q) GEORG. FRANTZKIVS *Comment. ad ff. in Proœmio n.* 3. PANCIROLLVS *Theſ. Var. Lect. lib.* 2. *c.* 184.

r) *ARTH. DUCK de uſu & autoritate Juris Rom. cap.* 4. §. 14. *THOMASIUS in Delineatione Hiſtoriæ Juris §.* 53.

s) Cui inſeruit quinquaginta Deciſiones, novellas & conſtitutiones poſt Codicem priorem & nunc abrogatum, editas. ERICVS MAVRITIVS *de libris Juris communis* §. 14.

t) De quibus curate agunt BALDVINVS *in Commentario ad Novellas:* PETRVS GVDELINUS *in Jure noviſſimo*, & ALB. GENTILIS *de libris Juris civilis cap.* 7. Collationum authenticarum Interpretem egit ADR. ALCIATVS *lib.* 11. *Parerg. cap.* 47.

u) De quarum origine, nævis, uſu & autoritate legi poterunt JO. STRAVCHIVS *in Irnerio non errante:* CORN. BYNCKERS-

fontes, ex quibus demum confluxit integer Oceanus Jurisprudentiæ Justinianeæ, quam Posteri in Juris civilis Romani corpore perenni cura custodiverunt & ab interitu tuiti sunt sub promerito Juris Romani & civilis restaurati & consummati elogio, propter veteris ævi Romani, quæ in illa resident, Legum præsidia, & Insignia Juris Justinianei complementa.

§. VI.

De usu Juris Romani in Oriente, post Justinianum.

In *Oriente* certe *post fata Justiniani*, Jus Romanum perstitit in sua autoritate cum in Gymnasiis tum in Judiciis. Cum enim apud Græcos Latinæ linguæ usus sensim elangueſcere videretur in scholis & curiis, sollicite id egerunt THEOPHILUS, THALELEUS & JULIANUS, v) ut integrum Jus Justinianeum verteretur in Græcum sermonem, qua versione usi sunt usque ad ævum *Basilii Macedonis*. w) Hujus vero svasu & arbitrio, etsi Juris Justinianei thesauro acceſſe-

---

CKERSHOECK *diss. de Autoribus avthenticarum*: PAGENSTECHERVS *in Commentario ad Avthenticas*: GEO. RITTERSHVSIVS & JO. JAC. WISSENBACH *in Promulside & Sylloge errorum Irnerianorum in Avthenticis §. 6.*

v) De quibus legendi sunt *CAROLUS ANNIBAL FABROTTUS in præfatione versionis Græcæ Theophili, & JOSEPH MARIA SVARESIUS in Notitia Basilicorum.*

w) Qui sub elogio Corporis Juris Græci ex Jure Justinianeo compilari jussit novum Systema Anno 807. quod publicatum est à *Leone Philosopho* sub nomine Βασιλικῶν. *FABROTTUS* integrum opus in septem Voluminibus edidit cum Latina interpretatione.

cesserint Libri Βασιλικῶν, x) Glossæ, y) Paraphrases & Synopses, z) Paratitla, a) Cæsarum Græcorum novæ constitutiones & Novellæ, b) PHOTII Nomocanon c) & *Constantini Porphyrogeniti* repetitæ Legum prælectiones d) & Jura Canonica Græcorum ; e) tantum tamen abest, ut novæ hujus Græcæ Jurisprudentiæ accessiones, Jura Justiniani abrogaverint inque exilium coëgerint, ut potius fuerint tutelaria illorum præsidia ad tumbam usque & interitum Imperii Græcorum.

De usu Juris Romani in Occidente apud Italos & Europæos.

§ VII.

Apud Orientales non solum Jus Romanum sua fama percrebuit, sed in Regionibus *Occidentalium* apud

x) *ENIMUNDUS BONEFIDIUS in tribus libris Juris Orientalis: JO. LEUNCLAVIUS & MARQU. FREHERUS in præfamine ad Jus Græco-Romanum, & T. I. p.* 79. -- 130. *JAC. GOTHOFREDUS in Appendice ad Philostorgii Cappadocis Historiam Ecclesiasticam diss. poster. ad L.* 8. *C. de Testam. p.* 45.

y) Nomina Glossatorum recenset *SVARESIUS in fine Notitiæ Basilicorum.*

z) Quæ ab Auctoribus vocantur *Promtuaria, Eclogæ, Delectus Legum compendiarii.* Exhibuit has Synopses in duobus Tomis *LEUNCLAVIUS*, emendationes vero & observationes in synopsin Βασιλικῶν conscripsit *CAROLUS LABBÆUS.*

a) *DAN. NESSELIUS in Catal. Biblioth. Cæsar. pag.* 396.

b) *PET. LAMBECIUS in Biblioth. Vindob. lib.* 6. *pag.* 24. *sq.*

c) *MART. HANCKIUS de Scriptoribus Byzantinis P.* 1. *cap.* 18.

d) A. 910. *CUJACIUS libro IX. Observatione X.*

e) *GERH. à MASTRICHT in Historia Juris Ecclesiastici n.* 240. *sq. THEODORUS BALSAMUS apud JUSTELLUM in Bibliotheca Græco-Latina Juris Canonici veteris à p.* 1312. -- 1361.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0046
DFG

pud *Italos* cathedras & fora ſua autoritate æque vicit expugnavitque. Summatim res alias diffuſa & dubia ita poterit componi. Poſtquam *Conſtantinus Magnus*, ſedem ſuam Byzantium tranſtulerat, decrevit ſenſim quidem, ſed non exoluit Juris Romani veteris ſeu Antejuſtinianei auctoritas in Occidente. Roma enim & regiones Italiæ in prædam abierant Gothorum, qui nunc Leges Gothicas introduxerunt, f) ſed, quod rei cardo eſt, neutiquam coactis in exilium Legibus Romanis, nec pulſo à limitibus codice Theodoſiano, g) uti vel luscus viderit ex edictis *Athaulphi*, h) *Athalrici*, i) *Breviario Aniani* k) & *Reſponſis*

f) Quas in unum Codicem coegerunt EVRICVS & LEWIGILDUS. Collectiones eorundem apud Hiſpanos conſervantur in *Fuero Juzgo* ſive *Foro judicum*, hoc eſt *Collectione Legum Wiſigothicarum*. *PETR. PITHOEUS & LINDENBROGIUS* has Leges latine ediderunt, de illis vero, qui commentati ſunt in illas, prolixe egit *ERNEST. de FRANCKENAU in Arcanis Themidis Hiſpaniæ Sect. I. §. 5. ſq.*

g) Docent hoc *GREGORIUS TURONENSIS Hiſtor. Franc.* libr. 4. c. 24. *SIDONIUS APOLLINARIS libr. II. Epiſt. 1.* & *JAC. GOTHOFREDUS in Proleg. ad Codicem Theodoſianum c. 3.*

h) Qui a. 412. publice ſanxit, ut cum Gothicis Legibus ſimul obſervarentur romanæ. *OROSIUS libr. 7. c. 29.*

i) *ISIDORUS in Æra Hiſpanica p. 715. GOLDASTUS T. III. Conſtit. pag. 92.* De *Theoderici* edicto aliisque Legibus, in quibus Gothi provocant ad jus Romanum, lege *LIMONIUM in Dagoberti Hiſtoria libr. 4. c. 25.*

k) Qui *Alarici* juſſu ex tribus Codicibus Juris Romani & ſententiis Ictorum Romanorum epitomen compilavit, cujus uſus inſignis fuit in univerſo *A*larici Imperio, diutius præci-

Papiniani. l) Justinianus victoriæ jure demum integritati suæ rem ipsam prorsus restituit. Devictis enim Gothis & occupata Italia jus Justinianeum publica Lege ab illo introductum est in scholas & judicia. m) Et quamvis iterum sub *Alboino Rege*, Longobardi belli jure n) aliquid auctoritatis Legibus Romanis detraxerint per jura Longobardica, o) nihilominus tamen cum his belli fatis, interitus romanarum Legum

præcipue apud Gallos & Hispanos. *ALTESERRA libr. 3. Rerum aquitan. cap. 8. MARIANA lib. IX. de rebus Hisp. c. 7. GOTHOFREDUS c. 5. Proleg. ad C. Theodosianum.*

l) Quæ edita sunt à JACOBO CUJACIO & *V. Cl.* ANT. SCHULTINGIO *in Jurisprudentia veteri.*

m) Non solum itaque in *A*cademias Constantinopolitanam & Berytensem, sed etiam Romanam. JOH. STRAUCHIUS *diss. de Beryto* §. 1. MENAGIVS *in Amoenit. Juris cap. 24. & GOTHOFREDUS ad L. un. C. de studiis liberalibus urbis Romæ.*

n) *PAUL. DIACONUS de gestis Longobardorum libr. 2. c. 5.*

o) In scripturam hæc primus redegit *Rotharis* a. 673. quem *Grimoaldus*, *Luitprandus*, *Aistulphus* & Reges Carolingici in supplendo Jure & concinnandis capitulis secuti sunt, uti docent SIGONIVS *de regno Italiæ libr. 2. p. 39. sq. PAUL. DIACONUS libr. 6. cap. 58.* & qui has Leges ediderunt, *BALUZIUS, GOLDASTUS & LINDENBROGIUS.* Multo studio in easdem, scholia & glossas scripserunt *CAROLUS COTTA, JO. BAPT. NENNA, NICOLAUS BOERIUS* & plures quorum tamen industriam superarunt *Consules Mediolanenses GERHARDUS NIGER & OBERTUS de ORTO*, quibus debemus collectionem communem Juris feudalis Longobardici. OTTO FRISINGENSIS *libr. II. c. 13.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0048
DFG

Legum nec voluit conjunctus esse, p) nec potuit conjungi, cum Carolus M. *Longobardos* iterum demum devicerit q) & apud Italos Jus Romanum in sua auctoritate ab origine in præsens usque ævum, salvum perstiterit r), quicquid etiam obmoveant illi, s) qui demum à Lothario, t) & Pandectis Florentinis u) & Glossatoribus, v) in fora Ita-

p) Quod facile concludendum est ex Legibus Longobardicis, in quibus provocatur ad Jus Romanum, maxime etiam, postquam *Aristulphus*, Longobardorum Rex, Græcis ejectis, finem Exarchatui imposuerat. LUITPRANDUS *libr. 1. Longob. T. 19.* *ÆGIDIUS STRAUCHIUS in Historia Exarchatus.*

q) *HINCMARUS de Potestate regia cap. 15.*

r) Præcipue quoad usum Codicis & Novellarum. Pandectas enim cum tineis & blattis militavisse, ut demum ex venerabili Codice archetypo Amalphitano restitutæ fuerint à Lothario & restauratæ in scholis Irnerianis ab *AZONE, BULGARO, MARTINO CREMONENSI, PORTA, HUGULINO, RAVENNATE*; id quidem prolixe probant *MABILLONIUS de re diplom. in Tab. 7. p. 356. ANGELUS POLITIANUS lib. X. ep. 4. PANCIROLLUS lib. 2 c. 4. BUMALDUS de Doctoribus Bononiensibus p. 4. CONRINGIUS de O. J. G. c. 20. sq.*

s) JUST. LIPSIUS *Cent. 3. Miscel. Epist. n. 78. pag. 81.* DUCKIUS *de usu auctor. Juris civilis libr. 1. c. 14.*

t) Argumenta ita sententium solide confutavit GEO. CALIXTUS *in apparatu Theologico* pag. 135. quem sequitur CONRINGIUS *in Epistola adversus Nihusium.*

u) Quæ in Amalphi urbe a. 1137. sunt repertæ, & à Lothario Pisanis instar cimelii oblatæ. ANGEL. GATTUS *in Historia Gymnasii Ticinensis cap. 12. p. 92.* NORISIUS *in Cenotaphiis Pisanis diss. 4. p. 462.*

v) Quo-

liæ hanc autoritatem poſtliminio reintroductam eſſe, fruſtra confidunt. Idem dicendum eſt de regionibus & regnis *gentium Europæarum* præcipuis. Non enim jus Romanum & Juſtinianeum intra Alpes ſaltim ſeſe continuit, ſed quoad Codicis Theodoſiani argumenta w) Europæis oris & provinciis mox crebro innotuit, ex ſeculo vero duodecimo, quatenus Juſtinianeum eſt, uſum potiorem obtinuit ſubſidiarium ex forenſi receptione apud *Gallos*, x) *Anglos*, y) *Ungaros*, z) *Luſitanos*, a) & plurimas Europæ Gentes, b) ſi *Hiſpa-*

v) Quorum *Anteceſſores* fuerunt PEPO & IRNERIVS. PANCIROLLVS *de claris Legum interpretibus lib.* II. *cap.* 4. *GRAVINA de ortu & progreſſu juris pag.* 175.

w) *Abunde* hujus Codicis autoritatem coævam & perennem uſum in Europæis regionibus evincunt GREG. TVRONENSIS *Hiſt. Franc. lib.* 4. *c.* 24. *AGATHIAS lib.* 1. *de Bello Gothico p.* 7. *JO SELDENVS Diſſ. ad Fletam cap.* 5. *JO PETR a LVDEWIG Comm. ad A. B. T. II. pag.* 1346. *CONRING de O. J. G. cap.* 45.

x) JO. COSTA *Tr. de origine Juris in Gallia p.* 31.

y) ANDR. du CHESNE *in ſcriptoribus Rerum Norman. p.* 983. De non uſu edicti prohibitivi *Stephani* Regis lege *JO. SARISBERIENSEM in Policratico lib.* 8. *c.* 22.

z) *CASP. ACHATIVS BECKIVS de uſu & autoritate Juris R. in Ungaria pag.* 2. Docuit tamen *HOTTOMANNVS* c. 17. p. 100. quod poſt *Matthiam Corvinum* iterum Juris romani uſus fuerit abrogatus.

a) *ARTHVRIVS DVCK de A. J. Civilis lib.* 2. *c.* 7.

b) *CAROLVS MOLINÆVS ad Conſuet. Pariſ. Tit. des fiefs* num. 110.

Hiſpanos c) exceperis, cum foris *Suecorum*, d) *Luſitanorum*, e) *Danorum*, f) *Moſcovitarum* g) *& Helvetiorum.* h)

§. VIII.

De uſu Juris Romani ex receptione forenſi in Germania.

In *Germania* præcipue Juri Romano inſignis eſt auctoritas ex publica receptione forenſi. Deſperata quidem fere res plurimis videri voluit, differere de juris Romani apud Germanos cognitionis & uſus initio, incremento & conſummata auctoritate, propter multiplices in hoc doctrinæ genere apud Hiſtoricos diſſenſiones & tenebras; ſed expedita ſatis cauſa eſt, ſi rem definiveris paulo diſtinctius. Juris Romani notitiam Germanis mox primis Carolingicis ſeculis innotuiſſe, id quidem perſuaſiſſimum mihi eſt, cum in *Capitularibus Francorum* & vetuſtis gentium germanicarum Legibus multæ reperiantur formulæ, quæ exſcriptæ ſunt ex Codice Theodoſiano, i)

c) *FRANCKENAV Sect. I. Themidis Hiſpaniæ. SALAS de Legibus quæſt.* 95. *diſp.* 7. *Sect.* 8. SVAREZ *libr.* III. *de Leg. human.* §. 8. *n.* 4.

d) *JO. STIERNHOECKIVS de jure Sueonum vetuſto lib.* 1. *c.* 1.

e) *DVCKIVS de Aut. jur. civ. libr.* 2. *c.* 7.

f) Juſſu Regis *Chriſtiani V.* in præfatione Codicis Juris Danici.

g) Pertinet hic *GRAVINÆ Oratio IV. & GEORG. ENGELBRECHT in Collatione juris Moſcovitici.*

h) *JO. SIMLERVS de republ. Helvet. lib.* 2. *p.* 139.

i) Exempla habentur apud *BALVZIVM in Capitularibus Regum Francorum* t. 1. p. 345. ſq. *In Legibus Salicis tit.* 14. *lib.* 16. *in Legibus Ripuariorum, Lege* §8. *c.* 1. *in Legibus Longobardorum lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 37. apud *EVNDEM in notis p.* 995.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0051
DFG

cujus plurimis argumentis tantum non omnes gentes usæ sunt instar auxilii & luminis in Legibus suis consignandis & definiendis Justitiæ & controversiarum causis k). Hanc Juris Romani notitiam excepit Jus Justinianeum, cujus usus & receptionis historia quam facilis, manifesta & curata tibi merito videri poterit, si juris Romani usum *privatum* seu *dogmaticum & pædagogicum* distinxeris ab *usu & receptione* juris Romani *forensi publica & legali.* DOGMATICA receptio facta est Seculo XII. & XIII. a Doctoribus, qui *Friderici* I. ævo trans alpes discere cœperunt juris Romani præcepta in Academiis & Scholis Italiæ, l) in quibus audiuerant *Bulgarum*, *Bartolum & Glossatores* usque ad Seculum XIV. Huic enim gloria est, quod nunc in ipsa Germania institutæ fuerint Academiæ, m) ex quibus juris Romani doctrinalis usus transiit ad scabinatus, judicia, aulas & curias, utpote quibus Legum romanarum periti ipsi demum præcipue præerant n). In hac œconomia pestitit usus Romani juris, usque ad finem seculi decimi quinti

k) REGINO lib. 2. *de Eccleſiaſt. Diſciplin.* c. 89. BALVZIVS *T.* 1. p. 690.

l) MORENA *de rebus Laudenſibus apud* LEIBNITIVM *tit.* 1. *p.* 818. BVLÆVS *hiſt. Acad. Pariſ. tit.* 11. *p.* 278. IMPERATOR FRIDERICVS I. *in Authentica habita C. ne filius pro Patre de a.* 1158.

m) Præcipue *Vienna*, *Pragæ*, *Erfurti*, *Ingolſtadi*, & ſuasu Cæſarum in ſingulis deinceps Principum territoriis. CONRINGIVS de *O. J. G. c.* 31. *p.* 91.

n) PANCIROLLVS de *Claris Legum Interpretibus lib.* 2. *c.* 67.

tio). Ex hujus enim periodo repetenda demum est *publica*, AVTHENTICA, *legalis forensis* juris romani receptio, quam vel CAMERALEM *seu Imperialem* dixerim, vel PRINCIPALEM *seu Territorialem*. CAMERALIS facta est per *Maximilianum* I. a. 1495. in Camera Imperiali, p) non contradicentibus Imperii Proceribus, quicquid etiam adversus hanc doctrinam obmoveant dissentientes cum IOANNE KVLPISIO q). At vero hæc receptio cum egredi noluerit, vel certe nequiverit limites & circulos Camerales; r) hinc insigne Juris Romani

o) Præcipue in ipso Seculo decimo quinto juris romani dignitatem ulterius protulit creatio Doctorum utriusque Juris. SAGITTARIVS *histor. Civit. Luneburg. a.* 1471. *§.* 90. CONRINGIVS *in antiquit. academicis diss.* 4. *p.* 134. ITTERVS *de grad. acad. c.* 4. §. 25.

p) Documenta historica & legalia ordine enumerantur in *diss. de juris romani indole pag.* 141. *sq.* Firmant hanc sententiam BESOLDVS *de Pramiis & pœnis cap.* 8. §. 5. CUSPINIANVS *in Friderico* III. *pag.* 411. & GOLDASTVS *P.* 11. *Const. Imper. pag.* 144. ubi exhibuit *Friderici* III. *edictum de a.* 1441. *adversus Doctores juris & usum juris Romani*, quem publice nondum tolerare voluit.

q) Cujus opinio hæc est; quod jus romanum invaluerit sola conniventia & consuetudine. Prolixe hoc assertum tueri studet in doctissima ceteroquin *dissertatione epistolari de germanicarum Legum veterum & romani juris in republica nostra origine*, quam denuo cum observationibus edidit CHRIST. THOMASIVS, qui tamen nec suam fecit ipsius assertionem.

r) *Ratio* satis est expedita. In territoriis & Principatibus, ipsi Principes sunt *Legislatores* & Imperantes, quibus ubique salva est potestas Legislatoria; cui Imperator noluit unquam

Romani receptionis præsidium reſidet in PRINCIPALI *ſeu Provinciali* receptione, quæ facta eſt à Principibus Imperii, vi poteſtatis Legislatoriæ & territorialis in ſingulis pedetentim Germaniæ Provinciis ſeculo ſequenti *decimo ſexto* s), vel ſub expreſſa Receptionis Lege

quam derogare. Inde eſt, quod jus romanum non ſimul in omnes Provincias hoc ævo fuerit introductum. De *Friſiis* teſtis eſt CONRINGIVS *tr. de O. J. G. p.* 203. quod ineunte ſeculo decimo ſexto juris romani uſum adhuc ignoraverint, & de *Saxonia* idem adſtruit HVTTENIVS *in Nemine & ÆNEAS* SYLVIVS *Deſcr. Europæ c.*24. De *Suevia* illud evicit PET. de ANDLO *lib.* 1. *cap.* 10. & qui Hiſtoriam, rerum magiſtram expeditiſſimam conſuluerit, *de Holſatia* ejusdem commatis habere poterit documentum apud MEVRSIVM *in hiſt. Daniæ lib.* 3. *p.* 82. De aliis locis in ſequentibus.

s) Exempla hic facile addere poterunt doctrinæ robur & certitudinem. De *Saxonia* grave teſtimonium tulit *Cancellarius ab OSSE in teſtam. polit. c.* 8. *p.*403. De *Holſatia*, *Ducatu Sleſvicenſi* & Balthici maris adcolis ex ſeculo demum ſexto & decimo idem aſſerunt PARTHENIVS LITIGIOSVS *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 20. *p.* 12. MAVRITIVS *in præf. ad Conſilia Chilonienſia.* In *Dithmarſia* juris romani uſum publice receptum eſſe a. 1566. ex decreto publicationis evicit WERLHOFIVS *ſpecim.* 11. *juris germ. p.* 187. In *Marchia* receptio facta eſt a. 1527. per Conſtitutionem Electoris Joachimi & receſſus Provinciales *de a.* 1534. 38. 39. 1572. In Ducatu *Brunſuicenſi & Luneburgico* Nomotheſia Juſtiniani, Principis ſuffragio uſum forenſem obtinuit in *ordinatione judicii Curialis Ducis* HENRICI *Junioris a.* 1556. *CHR. JO. CONR. ENGELBRECHT in ſpecim. juris Brunſuic.* §. 19. In *Pomerania* receptio contigit circa medium ejusdem ſeculi,

Lege, vel voluntatis manifesto indicio atque consensu *in Ordinationibus* publicis luculentissime desuper declarato & edito. t) Qui hæc curate pensitaverit, is quidem juris Romani indolem forensem ex receptionis historia oriundam, hanc esse facile profitebitur, quod ejusdem usus in foris germaniæ *publice* sit comprobatus in hunc finem, ut jus Romanum apud Germanos sit *subsidiarium*, sive juris domestici seu originarii suppletorium, u) cui locus esse debet & fundata intentio v) in argumentis civilibus, quæ decisa non

culi, juris Saxonici autoritate exterminata. JO. MICRÆLIVS in *Pomer. Ant. libr. 6. pag. 551.* COTHMANNVS *Vol. I. Cons. 27. 28. Vol. III. R. 35. n. 59.* GEO. AD. CAROC *Vir doctissimus, in specim. Introd. in Notit. Pomer. Suec.* §. 13. Idem de *Megapolitano Ducatu*, à cujus limitibus hoc ævo speculatorem Saxonicum exulem esse jussit Dux Serenissimus, copiose comprobant TARNOVIVS de *Feudis Meckl. libr. I. c. 2. §. 16. p. 155.* COTHMANNVS *Vol. I. Resp. 26. n. 269. Vol. I. Cons. 27. 28.* CARPZOVIVS *de Lege Regia sect. 13. c. 11. n. 7.*

t) Faciunt huc formulæ recepti & approbati usus juris romani in Megapoli authenticæ, quas *ex Ordinatione Consistoriali, Politica, Provinciali Aulica & Gustrovienſis Cancellariæ* studio congessit *Vir excellentissimus Dn. JOA. HENR. SIBRAND, JCtus celebratissimus, in præfamine ad Decades II. jurium singularium Mecklenburgicorum.*

u) SAM. STRYCKIVS *diss. de usu & autoritate J. R. in foris germaniæ* §. 27.

v) Pertinet huc controversia mota inter KVLPISIVM & SCHILTERVM de onere probationis, Legem justinianeam esse abrogatam. Posterioris sententia, quæ juri romano

sunt in moribus juris Germanici universalibus, provincialibus & statutariis, w) & ita quidem cum ratione & applicatione juxta Reipublicæ indolem, x) in negotiis privatorum & subditorum, y) neutiquam in

mano præsumtionem observantiæ tribuit, in praxi recepta est, neque adeo inconsulto, uti docuit GRIBNERVS, *Vir excellentissimus, in diss. de jure incerto ex dubia Legum autoritate oriundo.* Consentiunt HERTIVS de *Consultat.* §. 15. HENR. LINCKIVS *de Juris justin. receptione diss.* 2. *Illustr. Dn. BERGERVS de usu actionum pœnalium* §. 9. Dissentientium rationes & argumenta historica recenset *KESTNER tr. de Defectibus Juris communis, probl.* 5.

w) *ORDINATIO Judicii aulici tit.* 1. §. Und weilen: *GOLDASTVS de Majoratu lib.* 2. *c.* 16. §. 5. *ORDINATIO Cameralis* de a. 1555. P. 1. t. 13. §. 1. *Vir Illustris LUD. HVGO JCtus & Cancellarius Brunsvicensis excellentissimus, tr. de statu regionum Germaniæ c.* 3. §. 20. *Illustris Dn. de* ZECH in Europäischen Herold, p. 843.

x) JO. SCHILTERVS *Exerc. ad ff.* 1. §. 12. *MATT. van der* HOLLVE *in annal. Batavic. lib.* 6. *c.* 14. *Ill. Dn. ab* UNVERFÆRT *in Pædia Jurisprud. c.* 1. §. 8. *sq.* JO. AMSELIUS *disp. de casibus jure romano decisis jure vero prutenico emissis* §. 4. 7. HENR. ERN. KESTNER *Problemate* III. *de jure R. deficientibus moribus non attendendo in casibus, ubi repugnat rationi aut æquitati pag.* 91.

y) Civium actiones dijudicat jus romanum, neutiquam vero Principum; de quibus nullus nisi Mœlibæus asseruerit quod per receptionem Juris romani, quæ Civium intuitu tantum facta est, libero suo juri temere adeo renuntiaverint ut conditiones suas cogente nulla æquitate fecerint nunc plebejas & cum subditis pares. Glossatores Baldum & Immolam, jurium publicorum & Historiæ ignorantia

in cauſis Principum Imperii, z) quos neque jus juſtinianeum a) obligat in jure publico & cauſis Principum,

rantia in præcipitia egit, ut putaverint, in univerſo orbe *unicum ſaltem eſſe jus, utpote romanum.* Hac aſſertione, puto quidem, noſtra ætate nemo uſurus eſt, qui ex praxi Imperii didicerit, quod Principes Imperii vivant Legibus divinis, naturalis juris & obſervantiæ Imperialis. Agit enim vel Princeps cum ſubditis, & tum ſi voluerit, utitur jure privato, ſed ſi noluerit, quis ſubditorum Principem coegerit, Principem inquam qui Lege civili eſt ſuperior, Lege ſane, quam vi legislatoria ipſe mox poteſt abrogare. Agit deinde Princeps vel cum Principibus, & tum clamitare ſolent plures: *Utitur Princeps in privatis & mutuis Imperantium cauſis jure privato.* At vero utitur jure privato, univerſali ſeu naturali, utitur jure publico, quod obtinet inter Principes, univerſali, utitur obſervantia Imperiali & Legibus fundamentalibus, quibus æque vivit, ſi lis interceſſerit inter illum & Imperatorem. Exemplis & rationibus argumentum tractant *Exc. Dn. GRIBNERUS diſſ. de præjudiciis Principum ex abuſu juris juſtinianei cap. 1. 2. 3. FRID. GREG. LAVTENSACK diſſ. cultiſſima de Inepta ratione decidendi controverſias juris Publici ex jure Rom. & Canonico. HERM. CONRINGIUS de O. J. G. pag. 273.* Diſſentiunt qui rerum agendarum & publici juris nec gnari ſunt, nec Hiſtoriarum cupidi.

z) Uti quidem *Accurſiana* ſchola docuit & *JO. OTTO TABOR tr. de metatis c. 1. n. 4.* cui impoſuerunt CVJACII *quæſtiones illuſtrium*, quæ ubique romanizant. Aliter philoſophatur FERD. VASQVIUS *lib. 11. de controverſiis illuſtrium c. 51. n. 28.*

a) Cujus argumenta juris pnblici, ſi quæ ſint, pertinent ad ſtatum & imperium romanum, non vero germanicum, adeo

pum, b) neque libera ejusdem receptio unquam destituit Legislatoria, quæ juri recepto derogat, potestate *territoriali.* c)

§. IX.

Transitio ad fontes Juris Germanici.

Singula, quæ per transennam hic diximus de juris Romani principiis & forensi auctoritate, ex ipsis fontibus & Historia juris Romani erui poterunt prolixius, adscitis in auxilium Interpretibus & Historicis Jurisprudentiæ Romanæ. x) His vero etsi in evolven-

adeo ut bilem movere possint, qui in causis Principum Germaniæ provocant ad *libros ultimos Codicis*, qui complectuntur jura publica romanorum.

b) Pertinent huc argumenta *tutelarum*, *donationum*, *graduum matrimonialium*, *testamentorum*, *majorennitatis* pluriumque rerum, in quibus expediendis non nisi ex arbitrio utuntur plebejis juris communis dispositionibus. Refer huc exempla ex Ducatu *Mecklenburgico*, *Wurtenbergico*, *Gothano*, apud *LVNIGIVM in Archivo P. spec. Contin. II.* n. 154. n. 6. p. 502. n. 45.

c) CHR. THOMASIVS *diss. de statuum Imperii potestate Legislatoria adversus jus commune.*

x) *Principio* huc pertinent CAROL. SIGONIVS *in tribus Libris de judiciis*: FR. POLLETVS *in historia fori romani*: GEO. OBRECHTVS *in adumbratione Processus in foro romano*: CHR. CELLARIVS *in Processu juris romani antiquo* & JAC. RÆVARDVS *in libro singulari Protribunalium*, qui omnes romanorum judiciorum indolem forensem exactissime explicant. *Deinde* vocandi hic sunt Commentatores Jurisprudentiæ antejustinianeæ ad titulum de origine juris, quorum curatiores sunt GEO. EBERLINUS, GERH. COCCEJUS, ARN. VINNIUS, JAC. CUJACIUS, GVIL. BUDÆUS,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0058
DFG

volvendis principiis Juris Germanici fere destituamur; xx) operæ tamen pretium erit de illis dispe-

 xisse

BUDÆUS, CHRIST. AD. RUPERTUS, SIMON a LOEWEN, GERH. & WILH. *von der* MUELEN, præcipue CORNELIUS *van* BYNCKERSHOECK & WERNER THEOD. MARTINI. Accedunt Historici juris Justinianei, PROCOPIUS præcipue, NICOL. ALEMANNUS, TH. RIVIUS, FRID. BALDUINUS, EICHELIUS, JO. CHIFLETIUS, GABR. TRIVORIUS, GIPHANIUS & FR. GVINETUS. Universim vero totius Juris Romani Historiæ ac Reipublicæ curatissimos vocaveris Interpretes *JO. VINC. GRAVINAM in libro de ortu & progressu juris Civilis: GEO. SCHUBARTUM in Exercitationibus de fatis Jurisprudentiæ romanæ: JO. DOVIATIUM in historia juris Civilis romanorum: VAL. FORSTERVM in historia juris Civilis & SIMONEM a LEEUWEN in libro de origine juris civilis*, qui prodiit cum notis Vinnii. Reliqui quidem, RIVALLIUS, LIBERGIUS, FREYMONIUS, HAGEMEIERUS, EICHELIUS, KAYSERUS, aliique laude sua defraudandi non sunt, sed carere tuto quisque illis poterit, qui recentioribus historiæ juris romani interpretibus justum statuere didicerit pretium ac elogium. Hoc vero digni sunt *CHR. THOMASIVS in Delineatione juris romani & germanici: BURCH. GOTH. STRUVIUS in historia juris romani & Justinianei: CHR. GOD. HOFFMANNVS in historia juris romano Justinianei: CLAVDIVS JOS. de FERRIERE dans l' histoire du droit romain*, quæ prodiit ante paucos annos. Propediem, quod rerum gnari vovent omnes, huic quadrigæ accedet *jurium consultissimi Dn. A. CAROC JCti Pomeraniæ celebratissimi, historia juris romani universalis.*

xx) Primus est CONRINGIVS qui in libro *de Origine juris Germanici*

xisse ex præsidiis historiarum ab origine Reipublicæ usque ad præsentissimum ævum, ut eo curatius in fine constet de qtiositate Legum veterum Germanicarum

Germanici JCtis in hoc argumento salivam movit. Succincte quidem sed curate scripsit, vicit tamen omnes ipsa brevi dicendi ratione. Brevius enim non solum est JO. SITHMANNI *speculum Imperii romani*, quo juris Germanici fontes tetigit, sed etiam est imperfectius. CHR. THOMASII *Delineatio* primas saltim lineas historiæ juris Germanici complectitur, & idem dicendum est de juris Germanici Historia, quam in positionibus ad ff. descripsit GEO. BAYERVS p. 42. - 48. Lineæ vero, quas duxit in hac causa *SAM. REYHERVS* in den kurtzgefaßten allgemeinen Rechts-Geschichten, quæ Hamburgi editæ sunt in Parte secunda des eröffneten Ritter-Platzes, plane sunt insufficientes & proletariæ. Curata tamen est brevitas, qua usus est *in historia juris Patrii NIC. HIER. GVNDLINGIVS P. 1. Digestorum pag.* 27. - 36. & ante illum *ERIC. MAVRITIVS in Dissertatione de libris Juris communis eorumque usu*, quam cum opusculis ipsius junctim edidit doctissimus HERTIVS. Scripsit etiam JO. SCHILTERVS *præfationem ad codicem juris feudalis allemannici*, sed frustra agunt, qui præter juris Suevici historiam ibi aliquid haberi putant. *MATTH. COLERUS, GRYPHIANDER, PETRUS HEIGIUS & CHRISTOPH. SCHREITERUS* in solo speculo Saxoniæ acquiescunt, adeoque restant Duumviri saltim, qui commendatissimi sunt singulis non simulatæ & legulisticæ Jurisprudentiæ sectatoribus. Alter est B. G. STRUVIUS in *historia juris Germanici*: alter *CHR. GODOF. HOFFMANNVS in specimine conjecturarum politicarum de origine & natura Legum germanicarum privatarum antiquarum earumque ad statum præsentem Provinciarum germania habitu*,

carum & genuino conceptu ac usu Juris consuetudinarii & scripti germanorum in hodierna praxi.

§. X.

De principiis Jurisprudentiæ Germanorum à primis seculis usque ad Carolum M.

Ordior rem à primis incunabulis & Reipublicæ Origine. Vanitas vero est in silentio Autorum quærere in Germania ante *Julii Cæsaris* tempora Germanorum Leges. a) Res ita potius capienda. In primo ævo usque ad *Seculum V.* usi sunt germani solis consuetudinibus non scriptis, solis bonis moribus non redactis quidem in scripturam propter animi fidem & integritatem. b) Seculo quinto hæc facies rerum immutata est, & recesserunt Germani, qui nunc in bellis,

a) Mirum est, quod historici plerumque germaniæ historiam ad tenebras usque extendant & majores suos quærant in Arca Noæ, certe in equo Trojano & historia *Anitia*, Agilolfingica & Julia. Habuisse Germanos Leges, id quidem certum est, cum habuerint respublicas, sed quales habuerint, divinandum saltim est ex statu ipsius temporis. Legendi hic sunt *KRIEGSMANNVS in libro de Germaniæ gentis origine*: *JO. WERLHOFIVS spec. II. Notitiæ S. R. J. enucleatæ* §. 16. HERTIVS *in Notitia veteris Germaniæ Populorum P. 2. c. 1. 2. CONRINGIVS diss. de Republica antiqua veterum germanorum p. 16. sq.*

b) *TACITVS de Moribus Germanorum cap. 13. CLUVERUS in Germ. antiqua lib. 1. c. 20.* Vulgo quidem ratio redditur, quod majores nostri fuerint analphabethi, cum *Tacitus* testatus sit: *Germanos secreta literarum ignorasse.* Verum, qui verba Taciti legerit in contextu & simul sciverit, quod ipse libellum suum scripserit, ut Germanorum mores, romanorum consuetudinibus opponeret; is facile fatebitur,

bellis, victoriis & migrationibus innotuerant Romanis, c) à priſtina ſimplicitate morum, quos nunc in ſcripturam cogere cœperunt, ut ipſis Legibus cum communibus, tum ſpecialioribus ſcriptis imitarentur Romanos. d) Lata igitur eſt ſub *Clodovæo* in *Germania* Lex Francorum Salica, e) ſcriptæ ſunt deinceps Leges Ripuariorum, f) promulgatæ ſunt Leges Allemannorum, g) Bavariorum, h) Burgundionum, i) Friſio-

---

tur, Tacitum locutum fuiſſe *de literis amatoriis*, von den Liebes-Billets, von den Romanen, quæ Germanos non titillant, ſed Italos, qui veneris ſunt mancipia.

c) Prolixum hoc eſt argumentum, cujus Interpretes ſunt *JULIUS CÆSAR, AMMIANUS MARCELLINUS, SOLINUS, &* Commentatores in *Tacitum*, *CLUVERUS, AT. HAMMER, LIPSIUS, CONRINGIUS, KIRCHMAIERUS, AMMIRATUS.* Quibus accedunt *WOLFFG. LAZIUS, PEUTINGERUS, BECANUS & WALDENFELSIUS de gentium Migrationibus.*

d) Quorum provincias præcipue occupaverant *Gothi, Heruli, Longobardi, Franci.* Teſtes habemus *JORNANDEM, PROCOPIUM, AGATHIAM.*

e) Quam ſpeciali commentario illuſtravit GODOF. WENDELINUS & HIER. BIGNONIVS. Dicitur Lex Salica à Saliis populis, qui erant Franci. De Legis ipſius indole, autoritate & argumentis vide VALESIVM libr. 3. *Rer. Franc.* p. 119. COCCEJVM *Oratione de Lege Salica.*

f) Sub *Theoderico* Rege, qui viros ſapientes elegerat, ut conſcriberentur Leges. BALVZIVS *in Annot. ad Capit.* p. 989.

g) De quibus SCHILTERVS *in præf. ad Cod. Juris Allem.* §. 5. *celeberrimus Dn. PFEFFINGER ad Vitriarium lib.* I. *T.* II. §. 7.

h) *ADELBOLDVS in vita Henrici II. apud Leibnitium T.* I. *p.* 423.

i) Quorum Leges à Gundelbaldo dici ſolent *Gundebadæ.* SCHURTZFLEISCH *in hiſt. veteris Regni Burgundionum, c.* 3.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0062
DFG

Frisionum, k) Anglionum, Werinorum, l) Saxonum, m) & Slavorum Leges, n) quas integris Voluminibus ediderunt ZASIUS, SICHARDUS, BASILIUS, JO. HEROLDUS, GODOFR. WENDELINVS, LINDENBROGIVS, GOLDASTVS, & nuper

k) *SICCAMA in Notis ad Legem Frisionum p.* 136.

l) Dubii sunt scriptores qui hic intelligantur per Angliones & Werinos, quorum Leges invicem conjunguntur. Plures cum *Leibnitio* & *Conringio* intelligunt *Thuringos*, sed cum utraque gens conjungatur, facile patet, Werinos Anglis fuisse vicinos. Accipio igitur Leges Anglionum pro Anclamensium & Slesvicensium Legibus, hi enim ex primis his sedibus post emigrarunt in Angliam, ubi introduxerunt novas Leges Anglo Saxonicas. *Warini* vero indubie sunt *Rostochienses*. Nomina ab illis acceperunt *Varna* fluvius, qui alluit Rostochium & oppida Warin & Wahrn. Firmant meam Conjecturam PROCOPIVS lib. 4. *de Bello Gallico*; TACITVS *de M. G. c.* 10. & FREDEGARVS *ad a.* 595. cum ipsi & hanc utramque gentem conjungant & Varinos nominent *Varnos*. Vandalorum hæc portio erat, forte denominata à waren, bewaren. Cum enim Vandali seculo quinto migrationibus gentium interfuerint, instar præsidii has oras huic delectui gentis concrediderunt, ut illas tuerentur ab insultu aliorum. Et tum dicti sunt *Varini*.

m) HENR. MEIBOMIVS *in Introd. ad Saxoniæ inferioris historiam pag.* 79. *sq.* FERD. FVRSTENBERG *in Monum. Paderborn. p.* 79. 301.

n) *Annales Francici apud PITHOEUM ad annum* 849. *HELMOLDUS & BANGERTUS in Chron. Slavorum lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 9.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0063
DFG

JO. GEORG. ECCARDVS, in *Collectione Legum veterum Germanicarum & Constitutionum.* o)

§. XI.

De principiis Jurisprudentiæ Germanorum à Carolo M. usque ad Sec. X.

In his sanctionibus & institutis perstitit Jurisprudentia Germania usque ad ævum *Caroli Magni*, cui res adeo feliciter cessit, ut Heptargiam Germanorum subegerit deviceritque insigni laude singulas gentes præcipuarum Provinciarum Germaniæ. p) In id

o) Addiderunt Auctores simul Leges gentium Germanicarum quæ ortæ quidem sunt ex sanguine germanico, sed relicto solo paterno, commoratæ sunt extra germaniam adeoque divulsæ sunt à consortio concivium. Tulerunt igitur in Exteris provinciis Leges, quæ ad illustrandas quin & explicandas Germanorum sympatriotarum & consanguineorum veteres constitutiones perinde apprime faciunt. Hujus indolis vero sunt *Leges Sueo Gothicæ, Leges Wisi & Ostrogothicæ, Leges Longobardica & Anglo Saxonicæ*, quæ certe præcipue sunt instar Commentariorum Juris *Saxonici, Suevici, Cimbrici & Jutici.* Commendatissimos sic esse jubeo JO. STIERNHOECKIVM *in Tr. de Jure Sueonum & Gothorum lib.* I. *cap.* 5. JO. LOCCENIVM *in Antiquitatibus Sueo Gothicis cap.* 7. WEXIONIUM *in Descript. regni Sueciæ libr. V. c.* 1. FRANCKENAU *in Arcanis Themidis Hisp. S. I. §. 5. sq. SPELMANNUM in glossario pag.* 358. *JO. SELDENUM ad Fletam sive in Commentario Juris Anglicani pag.* 50. *sq. ARNOLDUM HUITFELDUM Cancellarium Daniæ, in præf. ad Leges Provinciales terræ Scanicæ: Celeb. Dn. MOLLERUM in Isagoge ad Historiam Cherss. Cimbr. P.* I. *c.* 15. §. 8.

p) Docent hoc Annales *ADELMI* & scriptores de gestis Caroli M.

id igitur curam defixit victor, ut devictarum gentium consuetudines & Leges in Systema redigeret, q) simulque & novis capitibus redderet auctiores. r) Vestigia Parentis secutus est filius LUDOVICUS, cu-

roli M. quorum præcipui sunt EGINHARDUS, MONACHUS SANGALLENSIS, DONATUS ACCIOJALUS, IO. IOA. FRANTZIUS, PETRUS BECKIUS, WAGNERUS, LINDENBROGIUS, LETZNERUS, STUCKIUS. Qui JO. TURPINUM huc referunt, impostori & suppositio scriptori tribuunt fidem. Præposterе & temere meminit *Judicii Vehmici* seu *Westphalici*, *Lotharingiæ*, *Gigantis Rolandi*, cui statuas Ruglandinas vindicat, quarum tamen etymon est à Rügen h. e. accusare. Weichbildica Idem confundit cum statuis Rolandinis, parum reputans, quod Weichbildum sit speculum seu norma, imago, Lex seu edictum prohibitivum Civitatis. Plura prætereo, cum otium hic faciant MEIBOMIUS *de Irmensula §. 6.* *CONRING de judiciis Reip. Germ. §. 40.* *DATTIUS de P. P. lib. 4. cap. 2. sq.* *JO. BURCH. MENCKE diss. de Feimeris §. 3. sq.* *OCKELIUS de Palatio regio p. 15.* *CALVORUS in Sax. infer. gentili & Christ.* P. II. lib. 1. c. 9. p. 170. RHETIVS *diss. de statuis Rolandinis & RUDBECKIUS spec. de usu linguæ goth. p. 104.* EGGELINGIVS *de Wichbiletho §. 9.*

q) Ita EGINHARDVS c. XXIX. *Post susceptum Imperium Carolus M. multa Legibus populi sui deesse advertens, cogitavit, quæ deerant, addere, & discrepantia unire. Omnium itaque nationum, quæ sub ejus dominatu erant, jura describere & quæ scripta non erant, literis mandari fecit.*

r) Expedita res est, si evolveris capitula Carolina ad Leges Salicas, Bojicas & Longobardicas, præcipue vero Capitularia Saxonica, Thuringica, Frisica & plures ordinationes civiles & ecclesiasticas, quas singulis germaniæ civibus

jus curas Legislatorias, junctis capitularibus Carolinis, in collectione peculiari exhibuerunt ANSEGISUS & BENEDICTUS LEVITA. s) Ab hoc vero Legislationis & custodiæ Legum tramite ne deflecterent posteri & successores, singulis insignis cura fuit, t) ut Leges Germanicas tuerentur, &, si qua opus fuerit emendatione, cum auctu promulgarent, supplerent atque instructiores redderent, exemplo Antecessorum illustrium. Dicta sunt singula hæc Jurium argumenta Regum Francorum, *Capitu-*

civibus præscripsit. SIGEBERTUS GEMBLACENSIS *ad* a. 802. ANNALES *Francorum apud Lambecium libr.* II. *Bibl. Cæsar. cap.* 5. *ad a.* 802. *JO. NOPPIUS libr.* 3. *Chron. Aquisgran. p.* 3. RHEGINO *ad* a. 813. & P. de MARCA *de Concord. S. & I. libr.* 6. *c.* 25. Præcipue huc pertinet testimonium cœtanei scriptoris apud LEIBNITIVM *T.* 1. *Script. Brunsuic. p.* 168.

s) Utriusque collectio à Regibus Francorum publice est recepta, & nostra ætate à Doctoribus sigillatim illustrata, præcipue additionibus, supplementis, atque glossariis PETRI PITHOEI, JACOBI SIRMONDI, BEATI RHENANI, VITI AMERBACHII, IOANNIS BUSÆI, & IOANNIS TILII, cujus tamen editio complexa non est omnes *Ansegisi* & *Levitæ* Capitularium libros. Quorum septem sunt, quibus præterea incertus auctor adjecit *Libros quatuor additionum.* Vide *BALUZIVM Præf. ad Capit.* §. 40. *sq.* & *SIRMONDVM in Notis ad Capit. p.* 752.

t) SCHVRTZFLEISCH *de Divisione Imperii Karolini* §. 7. CONRING *de finibus* J. G. *lib.* 1. *cap.* 3. AVENTINUS *libr.* 14. *pag.* 244.

Capitularia, u) quia additamenta sunt & Legum Germanicarum distincta capitula suppletoria. Quæ omnia, lata ab ævo Caroli M. usque ad stirpis Carolingicæ interitum, conjunctim in una collectione curate edita sunt à PETRO & FRANCISCO PITHOEO, BASILIO. JO. HEROLDO & solertissimo STEPHANO BALUZIO. v)

§. XII.

De Principiis Juris Germanici à Seculo X. usque ad Sec. XIII.

Paulo auctiori forma Legumque alia copia instructa fuit Jurisprudentia Germanica ad Seculo X. usque ad XIII. Extincta enim & cum *Ludovico IV. seu Infante* sepulta stirpe ac sobole Carolingica, a) summa

u) Putaverim itaque Capitularia veteres Leges explicuisse & suppleviſſe potius, quam novas Leges constituisse. Leges, præsidia fuerunt Juris, à Cæsare latæ in cujusvis gentis usum, uti docuerunt singulæ Leges Ripuariorum, Salicorum, Saxonum & reliquorum. Capitularia vero Legum sunt commentaria, mantissæ, & additamenta publicata inprimis in Comitiis. Ita EGINHARD *de Vita Caroli M.* c. 19. HINCMARVS *Opusc.* 15. *cap.* 15. *ANT. AVGVSTINVS de Emendatione Gratiani P. II. Dial. XI.*

v) Prodiit ipsius editio *Parisiis* 1677. f. & instructa est singulis Capitularibus, formulis MARCULPHI, notis IAC. SIRMONDI, HIERONYMI, BIGNONII, LINDENBROGII, FR. PITHOEI & insigni antiquitatum Germanicarum apparatu. De aliis Interpretibus egit JACOB de LONG *dans la Bibliotheque de France lib.* 3. *c.* 5. *art.* 3. *p.* 185.

a) Anno 911. Testimonia leguntur apud HERM. CONTRACTVM p. 311. LABBEVM *T.* 1. Biblioth. p. 336. AVENTINVM lib. 4. *Annal. Boicorum* pag. 375. SIGONIVM

ma rerum potestas rediit postliminio ad Germaniæ Duces & Proceres, b) qui pependerant hactenus devicti à nutu & arbitratu gentis Carolidarum. Ipsi itaque nunc vi superioritatis territorialis cœperunt civium actiones revocare ad scriptas Leges, c) præcipue vero ad mores & jura avita consuetudinaria, d) adeo

NIVM lib. 6. de *Regno Italiæ* pag. 249. & SCHATENIVM lib. 3. *Annal. Paderborn.* p. 242.

b) Quæ assertio Mathematicæ fere est certitudinis & insignis momenti, cum totius juris publici Germanici basin illa inniti, veteri jam ævo asseruerint PAURMEISTERUS, HAHNIUS, CONRINGIUS, MONZAMBANO, LEHMANNUS, HERTIUS, nostra vero ætate COCCEJUS *in Jurisprud. Publ. cap. 15. Sect. 3. §. 43.* JO. PET. à LVDEWIG *in Germania Principe* cap. 1. §. 13. *& Conrado I. cap. 2. sq. CHR. THOMASIUS in Notis ad Monzamb. p. 174. & diss. de feudis oblatis §. 16. sq. NIC. HIER. GVNDLINGIUS Tr. de Henrico Aucupe & Conrado I.* SIM. FRIDER. HAHNIUS *diss. de Henrico Aucupe historia ancipite pag. 6. sq.* JO. EHRENFR. ZSCHACKVITZ *in Anonymianis Obs. de Conrado I.* Dissentientium rationes nuper congessit CAR. JAC. SPENER P. III. der Teutschen Staats-Rechts-Lehre.

c) Tulit in hunc finem *Henricus Auceps*, Dux *Saxoniæ*, Legem *de Hergewetta & Gerada.* Eodem jure vel usi sunt, vel certe uti potuerunt singuli Principes Territoriales vi suprematus in Provinciis. HERTIVS *diss. de superiorit. Territoriali §. 25. in Opusc. T. 1. p. 254.*

d) Conjectatur CONRINGIVS, quod in Scriniis & Archivis vel perierint, vel delitescant etiamnunc Seculi X. multa provincialia documenta. Quicquid vero sit, id copiose patet, quod Principes hujus ævi, usque ad Seculum XIII. instar

adeo ut sensim, cum stirpe Francica, ipsæ Leges & Capitularia Francorum exaruerint, simulque e) cum illa esse desierint. Translata vero à Principibus Germaniæ *in Conradum I.* dignitate Imperatoria, f) Germanorum scriptis & receptis moribus in Patria accesserunt Leges publicæ Saxonum Imperatorum, g) tum

instar cynosuræ & *Jurisprudentiæ Provincialis* usi fuerint moribus domesticis & consuetudinibus cum *Republica* coævis & consentaneis. Observandum hoc est propterea, ut infra intelligatur, quid Principes moverit, Leges provinciales & statutarias in singulis territoriis demum in scripturam conjicere Seculo XIII. Hæc rerum conditio, solertissimo ceteroquin MYLERO ab EHRENBACH imposuit, ut *in Tractatu de Origine statuum & Principum Imperii* sibi persuaserit: *Principes Germaniæ Seculo demum XIII. consecutos fuisse potestatem Legislatoriam.* Quo asserto falsius nihil est, nihil inconcinnius.

e) Pertinet huc! decretum *Ottonis M.* Francofurtense de a. 950. apud REGINONEM *Append. I. c.* LIII.

f) Iterum insigne hoc & pragmaticum est Historiæ Imperialis argumentum, quod repetendum est ex LUITPRANDO lib. II. histor. c. 7. p. 105. *WITIKINDO CORBEJENSI libr. I. Annal. apud MEIBOMIUM Tr. rerum Germ.* p. 636. DITMARO MERSEBURGENSI *lib. I. Chron. pag.* 9. OTTONE FRISINGENSI *lib.* 6. *Chron. c.* 16. *p.* 126.

g) Præcipue *Ottonum*, quorum de statu civili, de judicio gladiatorum, de duobus reis promittendi, de mancipiorum proprietate Leges congessit GOLDASTUS *Tomo uno Constitutionum Imperialium pag.* 215. *sqq.* Accedunt *Henrici* II. Sanctiones de veneficiis, illicitis nuptiis, pacis Turbatoribus & Parricidiis apud *Eundem T.* 3, *pag.* 311. *& SIGONIVM de R. J. lib.* 8. *p.* 189.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0069
DFG

tum & Cæsarum Francorum, h) Svevorum, i) & præcipue Seculo decimo tertio Friderici II. k) & Rudolphi Habsburgici. l)

§. XIII.

De Principiis Juris Germanici à Seculo XIII. usque ad præsens ævum.

Quod magis esi, ex eodem seculo crevit subito Germanica Jurisprudentia, & novo studio Cæsarum ac Principum novam eamque insignem & præcipuam nacta est formam ac constitutionem. Cæsares enim non solum ab hoc ævo per Recessus Imperii m) & fun-

h) Seu Francorum, quorum constitutiones à *Conrado II. usque ad Henricum V.* plures recenset GOLDAST. T. 3. p. 312. & *Tomo uno p.* 252.

i) Huc faciunt *Friderici I. & Ottonis IV.* Leges civiles de judiciis & foro competente, probationibus, furtis, servitute, donationibus, vulneratis, & aliis Jurisprudentiæ capitibus. CONR. URSPERGENSIS ad a. 1187. & BVRC. WORMATIENSIS in XX. *libris Juris ecclesiastici.*

k) LVPOLDUS de BABENBERG *de Zelo veterum Principum Germaniæ* cap. 2. SCHARDIVS *de Jurisd. Imperial.* p. 214. DVRANVS *in Chronico* apud LEIBNITIVM T. 1. *Access. histor.* p. 8. Ipsas constitutiones ordine enumerat PFEFFINGER *ad Vitriarium T.* 1. *Tit.* 11. *p.* 67.

l) CRVSIVS P. 2. *Annal. Suevic.* libr. 3. c. 1. f. 131. LEHMANN *Chron. Spir.* lib. 5. c. 107. p. 627. DATTIVS *L. 1. Rer. Germ.* c. 5. §. 5. §. 27.

m) Quorum argumenta Politiam præcipue respiciunt & res privatorum. Primus est *Fridericus II.* qui patrio sermone in curia Moguntina a. 1235. recessum promulgavit, quo vetera jura stabilivit, & nova condidit. Ex illo tempore usque ad a. 1654. in publicis Comitiis multiplicis argumenti

& fundamentales rerum civilium n) & criminalium

I (o) fan-

menti Imperiales receſſus ſunt conſignati in Jurisprudentiæ & Reipublicæ germanorum præſidium & commodum. Ordine de Receſſibus Imperii diſſerit ERICUS MAURITIUS *in Opuſculis p.* 123. Inter Collectores veteres, DRACHENIUS, OSTERMANNUS, NOE MEURERIUS primas tenent, ſed deſiit fere illorum memoria, poſtquam noſtra ætate Imperrii Receſſus prodierunt cura & ſcholiis FR. FRID. *ab* ANDLER, ANT. GUNTHERI FRITSCHII, JO. WOLFG. TEXTORIS, PAULI GAMSII, inprimis *illuſtris Viri* GEO. MELCH. *à* LUDOLF, & JOH. JAC. SCHMAUSSII, cui debemus *Corpus Juris Publici Academicum.*

n) Huc ſpectant Conſtitutiones de Pace publica, profana & religioſa, reformationes Judiciorum, Ordinationes, Camerales & Judicii aulici, Politiæ Monetales, decreta comitialia, Deputationum, Viſitationum, argumenta civilia Pacificationum, Capitulationum, tum & Privilegia Cæſarea & momenta alia, quæ exponuntur a MELCH. GOLDASTO in Voluminibus *de Statutis & reſcriptis Imperialibus, ut & in Collectione Conſtitutionum & Legum Imperialium: CHRISTOPH. ZIEGLERO in Corpore Sanctionum Pragmaticarum Imperii: AH. FRITSCHIO, HORTLEDERO, LONDORPIO, CHRISTOPH. LEONH. LEUCHTIO, JO. CHRIST. LUNIGIO, & Coleberrimo Viro JO. JOACH. MULLERO.* Noviſſime in hunc finem edidit *JO. STEPHANUS BURGERMEISTERUS* das Teutſche Corpus Juris Publici & Privati, oder Codicem Diplomaticum der Teutſchen Staats, Bürger- und peinlichen Rechten und Gewohnheiten, wie auch Proceſs-Ordnungen. Prodiit Ulmæ a. 1717. in duobus Tomis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0071
DFG

o) sanctiones, Jurisprudentiæ privatæ incrementa addiderunt & robora ; verum in singulis Provinciis sigilla-

o) Pertinet huc Nemesis seu Constitutio Criminalis *Bambergensis*, & quæ arcano consilio ex illa originem traxerunt, *Brandenburgica* & *Carolina*. Posterior in Comitiis Ratisbonensibus promulgata est, sub Auspiciis Caroli Quinti, 1532. De Occasione, conceptione & intentione Constitutionis Carolinæ peculiari scripto egit CHRIST. THOMASIUS; ipsa vero constitutio prodiit cum Commentariis CASP. MANTZII, MATTH. STEPHANI, DAN. CLASENII. Nuper vero horum curas superarunt Excellentissimi Viri, JO. PAULUS KRESSIUS, *in Commentatione succincta in Constitutionem Criminalem* : GEORGIUS BAYERUS in Delineatione Juris Criminalis secundum Constitutionem Carolinam : & JACOBUS FRIEDERICUS LUDOVICI in Commentario ad Constitutionem Criminalem, cui præfixit præfamen *de exiguo usu Juris Romani in materiis Criminalibus*. Facile inde in apricum constituitur, quod laudatissimus ceteroquin Commentarius ANTONII MATTHÆI, ad Libros XLVII. XLVIII. de Criminibus, ad fora Germaniæ non sit accommodatus, ut igitur præstet evolvisse WERN. THEOD. MARTINI, JAC. DOEPLERI, PETRI MULLERI, GEORGII KAYSERI, Jurisprudentiam Theatrum & Praxin rerum criminalium. *Carpzoviana* ubique in re criminali papizant & religionem olent, ut proinde è re sit, illa conferre cum BRUNNEMANNI, LUDOVICI, CRUSII Doctrinis, quibus insigne pondus addidit TOBIAS GRANTZIUS *in Defensione reorum*, quæ exactissimis defensionum cautelis & Jctorum decisionibus est refertissima. Noviſſime illustris Vir JO. HENRI-

gillatim sub ipsorum Principum Germaniæ auspiciis Jurisprudentiæ Sparta & Provincia instructa est novis præsidiis, qvæ residen*t in Legum & morum collectionibus, ac promulgatis per Scripturam Ordinationibus Provinciarum & Statutis.* Rem multi ponderis historia ita fert. Vixerant hactenus cives vel scriptis Legibus enumeratis, vel avitis præcipue consuetudinibus & moribus receptis. Ex æqvo & bono, ex observantiis cum Republica coævis ejusque indole indissolubili vinculo cohærentibus, Judices morum gnari composuerant controversias forenses, p) & procedendi ratio fuerat admodum plana, succincta & simplex. q) Coe-

HENRICUS BERGERUS in Electis Jurisprudentiæ Criminalis, & Consultissimus Dn. CHRISTIANUS JACOBUS HEILIUS in Tractatione Criminali Theoretico Practica seu Judice & defensore in processu Inquisitionis, pereleganti & utili studio nil omiserunt, quod hanc Juris spartam egregie possit ornare.

p) CHR. THOMASIUS *in Delineat. Juris R. & Germ. S.*

q) CLUVERUS *in Germ. antiqua L.* 1. *c.* 20. vocat propterea hæc Veterum germanorum Secula *aurea.* Sed Cautela opus hic est, ne fingamus Junonem, ubi adest nubecula. De processu Germanorum simplici à primis ævis usque ad Seculum XIII. legendi sunt studiose CONRINGIUS de Judiciis Reip. Germanicæ Th. 7. sqq. WERLHOFIUS Spec. II. Notit. J. R. G. §. 16. sq. CHRIST. GODOFR. HOFFMANNUS in Conjecturis de Legum Veterum Germanicarum Origine: CONR. ENGELBRECHT Sched. de fatis Justitiæ administrationis in germania p. 6.-17. & cujus supra mentio facta est, JACOB. WENCKER erudita Tractatione de Justitia indilata von unverzogenen Rechten cap. 2. 3. 4.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0073
DFG

perant vero hoc ævo Germani proficiſci trans alpes & Juris Romani uſum dogmatica & privata ratione poſt reditum invehere in Germaniam. r) Viderat hæc Pontifex atque intellexerat non ſine animi motu, cum prima ipſius philoſophia ſit fallere & imperare. Id itaque ſollicite egit, ut Juris Canonici Decretis ipſe auctoritati ſuæ conſuleret s) inſimulque Germaniæ fora expugnaret. t) Vicit prætenſa Juris Canonici pie-

r) FLEURY dans l'hiſtoire du droit francois p. 84. RIGARDUS de geſtis Philippi Auguſti ad annum 1209. apud *du* CHESNE T. V. p. 512.

s) Mira hæc eſt Pontificis arrogantia, cum invidia conjuncta, ne excreſcente Cæſarea poteſtate decreſcere videretur dominatus Pontificius, cui *humana creatura omnis* ſubeſſe debuit, ſi fidem habueris *Bonifacio VIII.* in Capitulo I. Extrav. de Major. & obedientia. Legi merentur RECHENBERGIUS diſſ de Totatu Hildebrandino: ZIEGLERUS de Orig. & Increm. Juris Can. Th. 31. 32. MARCUS ANT. MARCELLUS de Jure Seculari Pontificis Romani pag. 51. ſq.

(t) Iterum damnandus hic eſt Pontificis imperandi pruritus, qui cum *Sacerdotio* certe non eſt compatibilis. Semel egreſſi erant Præſules Romæ limites in Sacris Canonibus præſcriptos, ideoque mirum non eſt, illos legislatoriam poteſtatem Cæſarum & Principum ubique cæpiſſe labefactare. Ut ſuam Ἀλλοτριοεπισκοπίαν aſtute tegerent, placita ſua non quidem Leges, ſed Canones vocant; callido ſane conſilio, quod mundum decipit, & ipſum Pontificem magni Impoſtoris elogio dignatur. Vox *Bonifacii* in capitulo I. de Conſtitut. in VIto glorioſa ſatis eſt. *Omnia Jura in Scrinio pectoris Pontificis haberi* ipſe Papa pleno ore ebucci-

pietas; u) quod Papa voluit, obtinuit, Juris Pontificii auctoritatem, publica receptione v) sub pallio Sancti-

 tatis

ebuccinat, & si consulueris PHILIPPUM DECIUM *Cons.* 688. *n.* 5. Papa esse dicitur *præter, supra & contra Jus civile seu Cæsareum.* Legatur speciminis instar *GUILIELMI de HERTOGHE*, Viri consultissimi, *Diatribe de Reformatione Juris civilis circa causas matrimoniales à Pontifice per Jus Canonicum perverse tentata p.* 26. *sqq.*

(u) Dixeris hanc prorsus alienam à vera pietate & æquitate. Specimina dederunt RECHENBERGIUS & SALIGIUS in opusculis *de larva piarum causarum, seu eo, qvod impium est in piis causis.* Plura exempla congessit HOTTOMANNUS in *bruto fulmine* & L. B. de LYNCKER *in Annalibus ad DESSELII Jus Can. in Prooem. qu.* 2. Pertinet huc B. LUTHERI judicium *in Symposiac.* Tit. 66. p. 403. & T. 2. *Oper. Latin. Jenens.* f. 334. ut plures taceam rationes, ex qvibus facile liqvet, qvid dicendum sit de sententia illorum, qvi in materia peccati, conscientiæ & æqvitatis, Jus Canonicum Juri civili prævalere, adstruunt.

(v) Pædagogicus Juris Canonici usus in Germania jam innotuerat seculo octavo; sed publicus, redactis nunc demum tot veterum Canonibus à Gratiano in *Decretum*, seculo XIII. contigit sub auspiciis Friderici II. & Rudolphi Habsburgici. Fuse hoc ex historia evincunt BOEHMERUS Libro I. Juris Eccles. Protest. Tit. II. §. 19. CASP. ZIEGLERUS disc. prælim. de Origine Juris Canonici §. XL. HERTIUS diss. de Consultatione & Legibus in Rebusp. Germ. §. 14. Recessus factæ receptionis prostant apud GOLDASTUM in Constitutionibus Imperii, & LEHMANNUM in Chron. Spir. L. 5. c. 108. p. 630.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0075
DFG

tatis in fora invexit. w) Interim Romani Juris dogmaticus usus neutiquam exoluerat, quin potius invaluit & sensim ulterius excrevit; x) primas tamen partes usus

(w) Comprobant hanc doctrinam prolixe illustris THOMASIUS *in Cautelis Jurisprud. Ecclesiast. cap.* 21. & BOEHMERUS diss. *de Praxi Juris Canonici in Terris Protestantium c.* 1. §. 21. sq. Id simul observandum est, qvod ex hoc ævo simplex procedendi methodus in foris plane sit immutata. In Decretalium enim libris exposita est forma Processus & methodus protrahendi lites sub specie æquitatis, ut eo circumspectius quasi ageretur in judiciis. Hactenus inauditus fuerat modus agendi per libellos; incognita fuerant judicia possessoria, petitoria, summaria, ordinaria; sed hæc omnia nunc introducta sunt una cum tot distinctionibus, dilationibus, exceptionibus, appellationibus, juramentis, & tot Glossatorum & Legistarum fictionibus, quæ celeris Juris & Justitiæ administrationis tædiosa sunt obstacula. Docuit hoc curate BOEHMERUS præfamine ad Tr. de Actionibus de Fatis Processus Civilis: THOMASIUS in Notis Politicis ad OSSII Testamentum p. 458. 496. CONRINGIUS de O. J. G. c. XXVI. Speciatim rabulariam artem ex jure Canonico deduxit FR. HOTTOMANNUS in Franco Gallia c. ult. p. 342.

(x) Præcipua ratio est, quod Germani hoc seculo apud Italos jura romana didicerint & in patriam reduces, ad succum usque recoxerint, seqventi inprimis ævo, qvo ipsa Germania instructa est Academiis. Legi merentur PANCIROLLUS de *Claris LL. Interpret.* L. 2. c. 16. ARNOLDUS LUBECENSIS L. 3. c. 5. ALBERICUS ad a. 1209. Spectant & huc formulæ Seculi XIII. in qvibus juris civilis remediis renuntiatur, collectæ à JOH. NIC. HERTIO T. II. Opusculorum p. 424. sq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0076
DFG

usus & religio detulerunt juri Canonico, y) quod mirifice limites suos protulit, ut demum esse videretur instar oraculi & tripodis. z) Orta est bina factio Ictorum, Legistarum & Decretistarum, altera *Gibellina* a) seu Imperatoria vocata, altera Pontificia seu *Welphica*, b) quæ Juris Papalis instituta adversus Cæsareos antistites tueri didicerat vi, clam & precario. Utraque demum concessit in mutuam confoederationem, & vi fortiori seu unita utrumque Jus peregrinum in clientelam recepit, cum & Papa fundamenta

(y) Fallunt, qui hanc prærogativam saltim intelligunt de causis ecclesiasticis. In causis civilibus Juris Canonici Autoritas pariter fuit eminentissima. Lege D. FLOERCKENIUM *in Schediasm. de Juris Canonici Prærogativa præ Jure civili* §. 3. *sqq.* BOEHMERUM *de Praxi Juris Can. in Terris Protest. cap.* 1. §. 78.

(z) Rationes & exempla larga manu suppeditarunt FR. FLORENS de autoritate Collectionis Gratiani §. 3. ARTH. DUCKIUS de Auctoritate Juris civilis L. 1. c. 6. PETRUS de MARCA de Concord. S. & J. L. 3. c. 6. n. 4. HULDERICUS EYBENIUS de Origine, Progressu & Autoritate Juris Canonici apud Protest. §. 13. in scriptis junctim editis pag. 207.

(a) OTTO FRISINGENSIS de gestis Friderici Barbarossæ L. 2. c. 2. GRYPHIANDER de WEICHBILDIS Saxon. c. 48. n. 7. 8. Nominatim de Gibellinis ex ordine Minorum, MARSILIO PATAVINO, GVILIELMO OCCAMO & CESENA egit JO. WOLFF in Lectionibus memor. Cent. 14. p. 619.

(b) ALBERTINUS MUSSATUS de Ludovico Bavaro p. 13. BURCH. GOTH. STRUVIUS *Synt. Hist. Germ. diss.* XVII. §. 4. *& in Historia Juris Canonici* §. 35.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0077
DFG

menta Papatus & Papo Cæsariæ in Jure Justinianeo delitescere, intellexerat. c) Hæc rerum facies *Privatos & Principes Germaniæ Provinciarum* movit, *ut cogitare inciperent, de colligendis Legibus & Consuetudinibus Germanicis.* Has enim, ne prorsus corrumperent Pontificii & Romani Doctores, has certe, ne peregrini Juris doctrina detruderet, confunderet atque supprimeret; curam in id nunc Proceres Seculo XIII. & XIV. collocarunt, ut de moribus domesticis & cum Patria coævis, de consuetudinibus statutariis & municipalibus constaret enucleate & paulo exactius. De quibus institutis & morum collectionibus nunc in paragrapho sequenti.

§. XIV.

Recensio singularum hujus ævi collectionum, morum & Legum Germanorum.

Primi, qvibus è re esse visum est, invalescenti utroque Juri peregrino obviam ire morum & Legum domesticarum collectionibus & Jurisprudentiæ Germanicæ monumentis, è numero fuerunt Privatorum. Prior est nobilis Saxo, EPKO KEPKOVIUS d) qui

(c) Potissimum in primis Titulis primi libri Codicis. Vide *CHRIST. THOMASIUM in præf. ad Notas in J. & ff. §. 7. BOECKLERUM in Annal. ad Æneæ Sylvii vitam Friderici* III. §. 6.

(d) Germanice scribitur nomen *Epke von Ribikouwe*, cujus familiam exposuit HEIGIUS *Part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 58. & *BECMANNUS Hist. Anhalt. pag.* 356. Satis à CONRINGIO *cap.* 30. *de O. J. G.* expeditum est, Auctorem vixisse circa confinia seculi duodecimi & decimi tertii, adeo ut facile corruant fabulæ DUCKII *de Usu & Autor. J. R. L.* 2. *cap.* 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0078
DFG

qui Seculo decimo tertio e) ex constitutionibus Imperatorum & antiquis gentium moribus latina lingua f) compilare cæpit, & antiqua Saxonica g) deinceps

K

cap. 2. §. 12. & Glossatorum, qui speculi Saxonici natales referunt, qua ratione, nescio, ad ævum *Constantini M. Caroli M. & Ottonis M.* sine dubio, ut horum elogiis & magnitudine, nugis speculatoris splendorem conciliarent. Veriora lege apud OTTONEM FRISINGENSEM *de gestis Friderici L.* 2. *c.* 6. JO. STRAUCHIUM *diss. Jur. Publ.* 3. ALBERTUM KRANTZIUM L. 2. *Saxoniæ* c. 21. & JAC. FRID. REIMANNUM in der Einleitung in die Historiam Literariam der Teutschen L. 2. Sect. ult. p. 447.

(e) Dissentientium loca congessit simulque confutavit GOLDASTUS *Præfatione ad Collectionem Legum & Consuetudinum.* Cui accedit novum robur ex diplomate, qvod Nobiles Viros *Hogerum de Valckenstein* & *Hecconem de Repechow* testes adducit a. 1215. apud BECMANNUM Hist. Anh. Part. 2. p. 312. Aliud habetur apud Dn. KETTNERUM *in Antiquit. Quedlinburg. pag.* 219.

(f) KVLPISIVS *diss. Epistolica de Germ. LL. Origine* §. 16. Ipsum periculum latinum exhibuit GOLDASTVS *in Collectione Legum Imperialium pag.* 12 *sq.*

(g) Rogatu HOJERI *Comitis Falckensteinii*, uti docuit SCHILTERVS *Exercit. ad ff. IV. §.* 19. *num.* 6. Gravissimus testis est LAMBECIVS *L.* 2 *Bibl. Vindab. cap.* 8. *pag.* 831. quod apud Vindobonenses repositus habeatur vetustissimus Speculi Codex in perantiqvo idiomate Germanico. Meminit & GRYPHIANDER *de Wichbildis c.* 39. *n.* 7. bis codicis MSCti, vetusta ortographia & lingua exarati. Apud Jenenses in Ducali Bibliotheca servatur pariter MSC. Speculum in Codice Membranaceo. Vidi & in Bibliotheca celeberrimi STRUVII codicem membranaceum,

ceps perfecit *Speculum* h) *Saxonicum*, cui mox antiquissimus processus, der Richtsteig i), & multiplicis glossæ k) accesserunt. Posterior est BARTHOLDUS BARO

ceum, cujus lectio vetusta iterum ab aliis Manuscriptis dissidet & articulos CLII. Libros septem, & quandoque latina capita complectitur. In Misnicum sermonem transtulit Speculatoris librum *CHR. ZOBELIUS*, qui tamen & sensum quandoque corrupit. Præstat igitur in tanta Manuscriptorum & Editorum diversa lectione consuluisse *editionem Lipsiensem* de an. 1614. qvæ & antiquum textum, & misnicum idioma, æque ac latinum, simul ac variantes lectiones, additiones & responsa Scabinorum exhibuit. Egit de hoc argumento ex instituto *JACOB. FRID. LUDOVICI in Præfatione ad novam Editionem Speculi Saxonici, de Compilatione & Editionibus speculi.* Expedit & evolvisse *JO. NICOL. HERTIUM in Consultat. de Legibus & Judiciis §. 13. & MELCHIOREM KLINGIUM* qui primus in der richtigen Ordnung des Sächsischen Land-Rechtes inconcinnum Speculatoris ordinem ordinatius disposuit & coegit in methodum curatiorem.

h) Frequens, non nova *Speculi* vox est inter eruditos hujus ætatis & Seculi. Speculum illis idem fuit, quam nobis sunt *Pandectæ*. Scripsit in hunc sensum Seculo XIII. *VINCENT. BELLOVACENSIS Speculum Historiale, Naturale, Doctrinale & morale seu omnium disciplinarum complexum.*

i) Ratio adducitur in Procœmio: Damit die Richter die rechten Weise vor Gerichte nicht wüsten sollten. Legatur *Excellentissimus Dn. SCHREITERUS diss. de Origine Juris Saxonici Pos. XX. sqq.*

k) Primi glossæ auctores fuerunt BURCHARDUS à MANGELFELD, THEODORICUS à BOCKSDORFF, OTTO de FALCKENSTEIN, VOLRADUS a DREYLEBEN, & plures, qvorum

BARO de GRIMMENSTEIN 1), qui ut æmularetur *Repkovio*, curam in se recepit, eodem fine & eadem

 metho-

rum nomina & vitas exponunt *GRYPHIANDER de Weichbildis cap. 52. 53. HENR. MEIBOMIUS in Chronico Walbacensi pag. 9.* Nugæ, quas recitavit *Glossator* des Weichbildes art. 10. de *Mangelfeldtio*, prætenso Ottonis II. Imperatoris Cancellario, primo intuitu evanescunt, cum toties in glossis mentio facta sit constitutionum *Friderici II. Hohenstauffii, Alberti Austriaci, Decretalium, Johannis Semecæ, Teutonici Doctoris & Decreti primi Interpretis*, ut protervia esset atque audacia subdubitare amplius de assertione: *Speculum Saxonicum Seculo XIII. demum fuisse compilatum.*

1) Sequor hic fidem *GOLDASTI in Præfatione* der Reichs-Satzungen. Si vero subleſtam illam esse, intellexeris; sufficit universim asseruisse, speculum Svevicum conscriptum esse ad imitationem Saxonici, Seculo eodem XIII. vel certe ineunte decimo quarto. *LAMBECIUS* quidem *L. 2. Bibl. Vind. cap. 8. pag. 825.* in ea est opinatione, acsi Svevicum speculum Saxonico sit antiquius; verum, quod urget, argumentum de facta mentione Archipincernatus Ducis Bavariæ, dubio non sufficit, si consulueris Historiam Imperialem Friderici II. & Rudolphi Habsburgici. *TOLNERUS Hist. Palat. cap. 4. pag. 119. HERTIUS de renovato J. G. & regni Bohemici nexu §. 9.* Idem dicendum est de ejusdem asserti rationibus quas urgent *SCHILTERUS in Præf. ad Jus feudale Allemannicum §. 15. 16. 17. & AUG. LEYSERUS in Collatione prisci Juris Saxonici cum Jure Romano §. 18. Ille* ex vetustiori; Hic ex *uberiori* stylo, speculo svevico tribuit ætatis prærogativam. Utraque ratio minus est concludens. Stylus non ex editionibus, sed ex Codicibus MSCtis æstimandus est; uberior locutio vero non vetustatem arguit sed ætatem sapit

methodo evulgare *Speculum Svevicum seu Allemannicum.* m) Ratio historica utriusque speculi hæc est. Universa Germania, à Carolingico statim tempore, divisa erat in *Francos & Saxones.* n) Orta inde est famosa divisio Germaniæ in *superiorem* & *inferiorem*, sive ut in Aurea Bulla exprimitur, in Terras Juris *Saxonici* o) & *Franconici* p). Ipsa hæc distincti & *utriusque Palatii*, præci-

pit recentiorem potius, qua additur aliquid facilius ac declaratur. Res extra dubitationem posita est, cum in lectione Svevici speculi tibi obveniant plagia Juris Saxonici, & frequentissimæ mentiones Juris Romani, Friderici II. Innocentii III. Decretalium, rerumque aliarum, quas vetustius Seculum ignorat. Plura vide apud *THOMASIUM in Selectis feudalibus* §. 45. - 55. *BAYERUM in Positionibus ad ff. L. 1. Tit. 1. n.* 373. *WERLHOFIUM Spec. II. Juris Germanici p.* 168. *sqq.*

m) De vetusto *Codice MSC. Ambrosiano* egit *LAMBECIUS L. 2. c.* 108. *pag.* 825. Inter editionum copias eminent *Goldastiana & SEB. MEISCHNERI*, qui speculum edidit sub rubro: Kayserliches und Königliches Land- und Lehn-Recht. *Novissime JO. STEPH. BURGERMEISTERUS* Allemannnicum speculum inseruit priori parti *Corporis Juris Publici & Privati Germanici.*

n) *WITICHINDUS CORBEIENSIS* apud *MEIBOMIUM inter Scriptores R. G. T. 1. p.* 647. *CONR. URSPERGENSIS ad a.* 912. *OTTO FRISINGENSIS L. 6. Chron. c.* 15.

o) Terræ & Provinciæ *Saxonici Juris* non terminantur in *Saxonia*, sed inferiorem ambiunt universam Germaniam. Complectitur proinde pars Germaniæ *Saxonica* superiorem & inferiorem Saxoniam, *Electoratum & Principatus Saxonia*, *Principatum Anhaltinensem*, *Ducatum Brunsuicensem & Lune-*

præcipue *Vicariatus* q) in Imperio Germanico, & *utriusq;*

& Luneburgensem, *Magdeburgicum*, *Principatum Halberstadiensem*, *Holsatiam*, *Ducatum Bremensem*, *Frisiam*, *Holsatiam*, *Ducatus Juliaci*, *Cliviæ & Montium*, *Thuringiam*, *Hassiam*, *Marchiam Brandenburgicam*, *Lusatiam*, *Misniam*, *Megapolin*, *Pomeraniam*, *Silesiam & integram Westphaliam.* Singulæ Provinciæ vel prisci & ampli Ducatus Saxoniæ fines constituerunt, vel Legibus & Consuetudinibus Saxonicis seu Patriis usæ sunt, vel utuntur etiamnunc in judiciis & foris. Cave vero, ne *Aurea Bulla formalam*, quæ *locorum Juris Saxonici* meminit, explices per compilationem speculi Saxonici. Privati scriptoris hoc opus est, qvod publica auctoritate nullibi unquam juris vim obtinuit, nisi inepte dixeris, posse Doctores, qvi de consuetudine patriæ in compendiis, & perperam sæpius ac confuso ordine testantur, introducere Leges & Jura. Dissentit nihilominus LYMNÆUS in J.P. *L.* 3. cap. 11. n. 25. & *SPRENGERUS* J. P. c. 11. p. 146. Frustra etiam, quo fine, nescio, *RHETIUS L.* 1. T. 5. §. 8. *AVGVSTINVS de CANVSIO* P. 14. der N. B. pag. 349. & *COCCEJUS* J. P. c. 16. num. 9. pag. 305. verba Carolina in Aurea Bulla restringunt ad districtum Saxonicum. Quæ explicatio, si qvæ alia, è diametro contrariatur Historiæ Imperiali.

(p) *Franconica* portio Germaniæ, pars est meridionalis, suo complexu includens *Allemanniam antiquam*, *Helvetiam*, *Rhetiam*, *Rheni Partes*, *Sueviam*, *Franconiam*, *Bavariam*, *Austriam*, *Lotharingiam* & plures Provincias, quæ fuerunt vel etiam nunc sunt *Juris Svevici.* Qvod vero mox dictum est de *Jure Saxonico*, in cujus Provinciis Imperator in aurea Bulla *Saxonum Duci* Vicariatum detulit; illud sibi & hic deposcit locum, ne Carolum quartum respexisse arioleris ad *Speculum Svevicum*, cujus auctoritas illi in mentem venire

Speculi præsidium est & occasio fundamentalis. r) Non vero in binis istis collectionibus Jurisprudentia Germa-

venire non potuit, cum nullam inter Suevos, nedum in reliquis Germaniæ provinciis vim Juris habuerit. Dissentit CRUGERUS *Disc.* 19. n. 4. & plures qui vel LYMNÆUM exscribunt, vel per jus *Franconicum* intelligere audent *Leges Salicas*.

q) Evolvendi hic sunt *PARÆUS Hist. Palat. p.* 510. *FREHERUS* in Notis ad PETRUM *de* ANDLO Lib. 2. c. 10. & WERLHOFIUS *in Specim. Juris Germ. II.* §. 7. *p.* 164. In *Partibus Rheni, Sveviæ & locis Juris Franconici* Imperator Carolus IV. *Palatinum* Imperii Provisorem constituit; in locis vero, *ubi Saxonica Jura servantur*, nominavit *Vicarium Saxonem*. Singularis est opinio GIOVANNI *in Germania Principe P.* 3. *c.* 4. *n.* 3. *P.* 5. *c.* 4. *n.* 1. *p.* 83. quasi *Vicariatus* invicem divisus fuisset *Jurisdictionis* intuitu, ut Palatinus circa civilia, Saxo circa criminalia & res bellicas versaretur. Lubrica vero *Perillustris Dn. à LUDEWIG* hæc est opinatio, quam colore quo pingitur, omni suo destituit cum plurium concentu *illustris Consiliarius Dominus D.* GRIBNERUS, *Jctus celeberrimus*, in opusculo *de Terris Juris Saxonici* §. 3. Idem etiam curate egit *de finibus Saxonici Vicariatus §.* 28. *sqq.* in quibus determinandis multiplici ratione alias aberrant, qui cum CARPZOVIO de L. Regia cap. 11. S. 13. n. 9. & BECHMANNO Ex. 5. c. 4. p. 255. exscribere solent GOLDASTUM in der Vorrede zu den Reichs-Satzungen, *fol* 3. 6 *sqq.* & JOACH. GEO. PRIEZENIUM *in Compendio Juris civilis & Saxonici.* Palatini Vicariatus fines evolvunt & designant THULEMARIUS *ad A. B. c.* 22. *§* 3. LYMNÆUS *ad c.* 5. *§.* 1. *Obs.* 3. *n.* 2. VITRIARIUS *J. P. L.* 1. *Tit.* 11. *§.* 6. aliique plures, quibus tamen saltim *Goldastus* in calamo est primus & ultimus. Alios morari nolo, illos præcipue, qui

in

Germanica hoc in ævo consedit saltim & conquievit; sed sub ipsis *Principum Imperii* auspiciis & curis ad majus culmen atque fastigium protulit suam auctoritatem. Ipso enim seculo decimo tertio Principes

in definiendis *utriusque Viariatus* terminis, *circulorum rationem* habendam esse, existimant. Circulorum divisio recentius est institutum, quod in animum suum inducere noluit nec potuit Carolus IV. qui ad *Terras Rhenanas* & *Saxonicas* respexit. Etsi enim pleræque utriusque Circuli Rhenani Provinciæ ad Vicariatum Palatini pertineant, & pleræque Circulorum, de quibus quæstio est, Provinciæ, Vicariatui Saxonico nostra ætate subsint; indubitata tamen res est, Vicariatum neutiquam natales suos & ordinem debere circulis, qui tum non fuerunt & veterum Provinciarum fines postea satis immutarunt. Qui ad nullum circulum referuntur, uti Bohemiæ fines, Vicariatui nihilominus subsunt, & qui Circulis Saxonicis non includuntur, Vicariatus tamen Saxonici interregnum subeunt. Dissentit BUXTORFIUS ad A. B. Th. 57. & qui eum sequitur, SCHWEDERUS *de Comite Pal. Rhen.* §. 18. Refert vero illos examinavisse ad rationes, quas ex fidis historiarum præsidiis suppeditant DATTIUS *de Pace publica* L. 1. c. 26. IMMANUEL WEBERUS *de turbatis S. R. Imperii Circulis* c. 2. p. 21. sqq. GOTTLIEB SAMUEL TREUERUS, Vir doctissimus, in dem Bericht von der wahren Gelegenheit und dem rechten Uhrsprung derer Reichs-Kreyse c. 3. p. 17. sqq. JO. JOACH. FUNCKIUS *diss. de Imperii Circulis* pag. 13. sq. MART. ZEILERUS *Tr. de R. Imperii Circulis p. 36 f.* Speciatim ERNESTUS GOCKELIUS *Tr. de S. R. J. Circulo Sueviæ p. 15. sqq.*

r) Illustris Dn. CHRIST. GODOFR. HOFFMANNUS in *Conjecturis Politicis de Legum Germanicarum origine* pag. 106, BURCH. GOTH. STRUVIUS H. J. G. §. 21.

pes Imperii Legislatoria potestate s) promulgare cœperunt Leges Provinciales statutarias & Territoriales. §. XV.

s) Quæ cum *Superioritate Territoriali* cohæret uno filo & vinculo. Nisi vero hospes fueris in Imperiali historia, ultro fateberis, non hoc demum ævo, sed diutius a Seculo decimo post exstinctam stirpem Carolingicam Principes Germaniæ proprio Jure indeptos fuisse territorialem superioritatem. Non igitur est, ut *Legislatoriæ potestatis* ortum nunc demum fingas, origo enim cum *Superioritate* est coætanea, licet Juris exercitio mox opus non fuerit in seculo consvetudinario. Tulit tamen *Henricus Auceps*, tanquam *Dux Saxoniæ*, ipso mox seculo decimo *Leges Provinciales Saxonicas de Gerada & Hergewetta*. Bertholdus IV. *Dux Zæringiæ a.* 1170. Jura municipalia Friburgensia condidit, & si quis Jura *Wisbycensia* & *Sosatiæ* ex Seculo XII. & historia Henrici Leonis evolverit, novo exemplo poterit corroborare doctrinam de *Jure Legislatorio Principum*, quod proprium, perpetuum est & territoriale. Supra propterea p. 63. *Mylerianam hypothesin* dilui, cum *Autor* in *Tr. de Stat. Imperii* c. 39. §. 11. ex Legibus Romanis inconcinne probare audeat, Principes in statuendis Legibus opus habere Cæsaris confirmatione. Paulo meliori ratione potuisset provocare ad exemplum *Ducum Brunsvicensium*, qui in statuenda Ordinatione Judiciaria usi sunt *Ferdinandi* I. autoritate & auxilio; verum nec hoc legitimi Juris normam & cynosuram constituit, nec derogat originario territoriali Juri Principum, quo ipsi supremo arbitrio Legislatores sunt in Principatibus, & ipsas Leges Imperii privatas & particulares tollunt & emendant. Docent id rationibus & exemplis *illustris Dn.* HUGO *Tr. de statu Regionum Germ.* c. 3. §. 20. p. 78. FURSTENERIUS sive LEIBNITIUS Tr. de *Jure Suprematus* c. 29. p. 59. & HERTIUS de *Superiorit.*

§. XV.

Jus Lubecenſium dignum eſt primo elogio, primum enim eſt, quod Superiorum cura hoc ævo inſtructum fuit pleno ordine t), cujus initium anteriori

Continuatio recenſionis fontium Jurisprudentiæ Germanicæ ex Seculis ultimis, & abſolutio.

L

Superiorit. Territoriali §. 25. *in Opuſculis T.* II. p. 254. Noviſſime a communibus præjudiciis Jus Legislatorium Principum repurgavit THOMASIUS *diſſ. de Statuum Imperii poteſtate Legislatoria adverſus Jus commune* §. 66. *p.* 46. *ſq.* Hujus, qui meditetur plenius, rationes, facile animadvertet, quam jejuna ſit aſſertio TEEUTLERI *Vol.* 1. *D.* 23. §. 9. quod Principum Conſtitutiones & Leges ſint Juris *Prætorii*. Legulismum ſapit hæc meditatio, quis enim eſt, qui Principes germaniæ habuerit pro *officialibus*, pro *Miniſterialibus*, quorum officia prætoria, honoraria, & quorum jura ſint annua & beneficiata? In pace abeat TREUTLERUS, qui Romanis civibus in campis Elyſiis, non Statibus Imperii in Germaniæ Comitiis jura perorat. Dixerim idem de BESOLDO, qui ſæpius invita Imperii hiſtoria audet aſſerere, Principes ad *Adolphi Imperatoris* usque tempora ſpeciali privilegio indiguiſſe in promulgandis Legibus.

t) Anno 1294. ſub moderamine *Alberti Ducis de Bardewich*. ANEREAS LANGE in *Introductione ad Notitiam Legum Nauticarum c.* 9 *p.* 66. GISIBERTUS in *Præfatione periculorum Harmoniæ Statutorum*. Sequenti ævo pro commerciorum uſu multa vel demta ſunt & rejecta, varia viciſſim ex Legibus nauticis *Wisbienſium* & *receſſibus hanſeaticis* recepta, ut fere ineunte Seculo decimo ſexto in tanta Legum varietate incertum hanſeaticis Civitatibus videretur jus genuinum Lubecenſe. De Wisbyenſium Legibus & ſtatutis, quæ edita ſunt à JOANNE HADORFIO, eorumque uſu

riori seculo sagaciſſimo consilio fecerat glorioſiſſimus Dux

uſu & inſigni autoritate, expedit conſulere OLAUM MAGNUM in *Hiſtoria Gentium Septentrionalium L. 2. c. 24.* & REINOLDUM KURICKIUM *in Commentario ad Jus Maritimum Hanſeaticum.* Receſſuum vero Hanſeaticorum Index ab a. 1362. usque ad 1601. ex MSC. collectus eſt a Dn. WERLHOFIO in *Spec. Jur. Germ c. 3. p. 139.* & *V. Cl.* LUNIGIO in *Continuatione* IV. des Reichs-*Archivs.* Potiſſimum igitur *Roſtochienſium*, *Sundenſium* & *Wismarienſium* poſtulatu, Senatus Lubecenſis id egit, ut ſtudio Triumvirorum JO. LUDINGHUSII, CALIXTI SCHEINII, *Conſulum*, & GOdeſchalci à STHETEN, Senatoris, Jus Lubecenſe in concinnum ordinem redigeretur, remotis, quas fori uſus reſpuebat, acceſſionibus. Antevertit vero horum curas a. 1586. induſtria ſua JOACH. KOLLIUS U. J. D. *Conſul Crempenſis*, qui *Lubecenſia ſtatuta in formam artis redacta* in publicum emiſit, ſimulque excitavit Lubecenſes, ut eodem anno typis *Joh. Balhornii* Jus Lubecenſe ordinate exſcriberent. Secutus eſt horum veſtigia ſequenti ſeculo JO. SIBRANDUS qui *differentias Juris Civilis & Lubecenſis* publicavit a. 1615. quas mox ejusdem excepit eruditus Commentarius ad Jus Lubecenſe, qui prodiit *Roſtochii a.* 1620. ſub rubro: *Urbis Lubecæ & anſeaticarum, nec non imperialium civitatum Jura publica.* Dubitat illuſtris Dn. THOMASIUS in *Obſervationibus ad KULPISII Diſſertationem de Germanicarum Legum veterum ac Romani Juris in Republica noſtra origine §. 20. not. 6.* an unquam vulgaverit *JO. SIBRANDUS* in Jus Lubecenſe Commentarium; at vero poſt citatum ab ipſo MEIBOMIUM *in J. ad H. S. p. 84.* literatiſſimus MOLLERUS *in Iſagoge ad Hiſt. Cherſ Cimbr. P. 4. c. 6. §. 5.* animo ipſius ſcrupulum facile exemerit, quem ipſa αὐτοφία & lectio prorſus evellunt, tametſi quidem prima pars prodierit tantum

tum, qua ultra priores binos titulos Libri primi & titulum tertium Libri ſecundi ſtatutorum, in enucleando Jure *publico* Lubecenſi *Autor* non perrexit. *Publica* qui nominarit jura hanſeatica? id quidem non indiget diſputatione. Utitur enim hac notione in ſenſu Juris Romani, quo *publicum* idem eſt ac *populicum*. Patet hoc ex Inſcriptionibus Romanis apud GRUTERUM p. 150. n. 6. ubi pro, *publicum*, legitur *poplicum* ſeu *populicum*. Publicum univerſim in jure privato eſt, quod eſt populi, ſive *originis*, ſive *uſus communis*, ſive *actionum* intuitu & *objectorum*. Audit in hoc ſenſu etiam Jus *privatum*, Jus *publicum*, quia illud conditum eſt populi voluntate & nomine. Teſtamenta vocantur *publica* æque ac ſponſalia, ut & comitia, templa, fora, ſacerdotia, ne dicam de fundis, limitibus, actionibus, vectigalibus aliisque magiſtratuum negotiis, quæ dicuntur *juris publici*. Recte proinde ULPIANUS *L.* 1. §. 2. *ff. de Juſtitia & Jure*, faſſus eſt, Publicum jus eſſe, quod ad ſtatum *Rei ſeu Reipublicæ Romanæ* ſpectat. Partitio vero ejusdem Juris populici romani abſolvitur præſertim in Jure Magiſtratuum & Univerſitatis, in bonis Reipublicæ, in jure Conſulum, Decurionum, Municipalium & Incolarum, ut ideo appoſite PLINIUS *L.* 8. *Epiſt.* 14. Juris *publici* partem nominet *Senatoriam*. Egit de hoc argumento juris privati publici enucleate CABOTIUS *Lib. I. diſp.* 1. MAURITIUS *de Principiis Juris publici* c. 2. n. 40. ac HERTIUS in *Prædia Juris publici univerſ. Sect.* 2. §. 3. Recentiori ævo illuſtris MEVIUS ſcripſit in eundem ſenſum de *Jure Publico Pomeraniæ* libellum, quem in MSCtis Scriniis etiam nunc poſteritas tuetur & muſæ meæ volvunt. Non erit itaque, ut tibi imponat vox *Juris publici*, cujus ſignificatus multiplex

bingiæ, *Henricus Leo.* u) Secuti sunt Lubecanos sollertis-

tiplex est in jure Romano, & prorsus à significatu *Juris publici Imperii Germanici* alienus. Sensum saltim, quem habuit *Anonymus & Medicus Lipsiensis*, qui superiori ævo *Jus Publicum* typis exscripsit, Jctus forte non divinabit; nihil enim in hoc Jure publico invenies nisi *Theses medicas de dolore capitis.*

u) Indubitata est assertio, *Henrici Leonis* consilio Juris Lubecensis primas lineas ductas fuisse, jam seculo superiori, secundum jurium Sosatiæ Saxonum & Westphalorum principia. Disertus testis est ARNOLDUS LUBECENSIS L. II. *Chron. Slavorum* c. 35, quod *Lubecensium cives* JUSTITIAS *in privilegiis scriptis habuerint ab Henrico Leone secundum JURA SOSATIÆ.* Justitiæ sunt *Jura*; Jura *Sosatiæ* vero sunt jura civitatis Westphaliæ inclytæ & Saxonum emporii *Susatiæ*, uti ex convenientia utriusque Juris & celebritate loci aliisque fidis rationibus extra omne dubium posuerunt MAIBOMIUS *J. ad S. J. H. p.* 86. 87. *s.* LEIBNITIUS *T. I. R. B. n.* 25. & *LANGIUS in Introd. ad N. L. N.* c. 9. p. 46. Neutra unquam mihi placuit dissensio CONRINGII, LAMBECII & BANGERTI, qui per *Jura Sosatiæ*, *Jura Holsatiæ*, & per *Justitias*, non Jura & Jus municipale, sed *consvetudinem utendi agris circa urbem, pascuis, silvis, nec non fluviis*, intelligere malunt. E diametro adversa est hæc opinatio historiæ & diplomatibus, quæ *Jura agrorum* & prædiorum curatissime distinguunt a *Justitiis*, uti evici ex ipso LAMBECIO, LEIBNITIO, LUNIGIO, THRACIGERO, præcipue ex Chartis Mecklenburgicis *Burewini* & *Henrici*, aliisque monumentis *in Specimine Documentorum ineditorum Mecklenburgensium N. I. lit. e. p.* 7. 8. 9. *N. II lit. f. p.* 23. Plures, fateor, non ad *Henricum Leonem*, sed ad Seculum demum *decimum tertium* Juris

lertissimi Saxones, qvorum eodem ævo prodiit *Jus*
L 3 *Muni-*

ris Lubecensis originem, referunt; Verum indubie respexerunt ad curatiorem collectionem & ordinem, cujus natalitia demum illuxerunt citato ævo. ERICUS MAURITIUS in *præfatione ad Specimen Consiliorum Chilonienſium* ex MSCto codice evincere satagit, *Jus Lubecense* a. 1258. collectum fuisse ac conditum rogatu Equitum Ordinis Teutonici Livonicorum. Inclyto CONRINGIO *Tr. de O. J. G.* cap. 28. pag. 169. suboluit aliquid controversiæ, ideoque substituit annum 1183. quo à *Friderico I.* Lubeca fuit occupata. Sequitur illum MEVIUS in Prolegomenis ad Jus Lubecense; sed cum historiam Juris Lubecensis nesciverit; *Conringium* in viam & ordinem haud reduxit. Præstitit id HENRICUS MEIBOMIUS in *Introductione ad Historiam Saxoniæ inferioris p.* 81. ex Historiarum præsidiis, quæ in lucem constituunt, quod *Fridericus I.* ante ingressum urbis, & denuo peculiari privilegio a. 1188. confirmaverit *omnia Jura, omnes Justitias, quas primus loci fundator Henricus Leo illis conceſſerat.* LUNIGIUS R. A. *Cont. IV. p.* 1330. Repetita sunt hæc curate a. 1226. à *Friderico II.* & quod magis est, apud *MEIBOMIUM* reperiuntur *manuſcriptæ Lubecenſium Leges*, in quarum proœmiis *Dux Henricus Leo*, Juris Lubecensis primus Auctor salutatur ab ipsis civibus. Mihi ipsa controversia plane videtur sopita, si instar omnium legerint dissentientes *proœmium Legum*, quas Consules Civitatis Lubecensis, Civitati *Tunderenſi* detulerunt. Ipsi enim Consules, & Senatores illo, quo hominum memoriam hæc nondum effugerant, tempore, Ducem Saxoniæ *Henricum Leonem* agnoscunt Lubecensis Juris primum architectum. Liceat in tam controverso momento ex DANCKWERTI *Topographia Holsatiæ p.* 85. exscribere

Municipale v), quod à judicio ſupremo ſcabinorum & pri-

re locum ipſius Proœmii. Ita vero iſte: *Anno* 1243. *regnante Friderico II. ſemper Auguſto conſcribi fecerunt Conſules Lubecenſes Civitati Tunderenſi* JUSTITIAM, *civitati Lubecenſi à glorioſo fundatore dictæ civitatis piæ memoriæ* DOMINO HENRICO. *Duce Sueviæ, Bavariæ & Saxoniæ indultam, poſtmodum à glorioſiſſimo Imperatore Friderico* I. *confirmatam.* Si hunc locum evolviſſent BANGERTUS & reliqui; vix unquam illis in mentem venire potuiſſet opinio: *Juſtitiam non denotare Jus municipale.* Conſentit LAMBERTUS STEINWIGIUS *Conſul & Syndicus Stralſundenſis* in MSCto *Commentario ad Jus Lubecenſe*, quo plura, ſicubi ederetur, recentiorum Juris Lubecenſis Interpretum argumenta poſſent illuſtrari. Uſus eſt hoc MSC. laudatus JOANNES SIBRANDUS. Reliqui Juris Lubecenſis Interpretes nominati ſunt citato *Specimine p.* 31. *ſqq.*

v) Non aſſurgit hoc ad ætatem, qvam credulis plerumque ſolent obtrudere ſcriptores, quos recenſet *GOLDASTVS* in præfatione ad Collectionem Legum. Nugax Scriptor *Weichbildi*, quo facile nullus eſt ineptior, Regem *Nimrod* nominat in *Articulo IX.* Juris municipalis auctorem; plures vero *cum ÆNÆA SYLVIO & DUCKIO de U. & A. J. R. c. L. 2. pag.* 169. *Carolo M. Ottoni M. & II.* perperam hæc ſacra vindicant. Urgent Magdeburgenſes exiſtentiam privilegiorum, in qvibus gloriantur, *Ottonum*; ſed fruſtra urgent diplomata, quæ ſunt ſuppoſititia & adulterina, uti prolixe probant *PETR. HEIGIVS P.* 1. *Quæſt.* 8. *pag.* 119. *MATTH. COLERUS in Oratione de Juris Sax. Origine & progreſſu.* Octodecim argumentis ſubleſtam privilegiorum fidem in lucem conſtituit *LEVBERVS in Diſquiſ. de ſtapula Saxonica n.* 466. *n.* 1516. *ſqq.* ut facile Hiſtoricos mirari ſubeat, qui Magdeburgenſes potuerint obtinere *in Inſtrumento*

& primaria Sede w) vocatur *Weichbildicum Magdeburgense*

mento Pacis Weſtphalicæ Art. XI. §. 8. illorum reſtitutionem & confirmationem. Legi merentur totius rei momenta, rationes & hiſtoria apud *LONDORPIUM T. 6. cap. 51. PFANNERVM Hiſt. Comitiorum L. 7. §. 15; & LVNIGIVM in R. A. P. ſpec. Cont. P. II. pag. 667.* Simul vero addendum eſt, qvod Magdeburgici per pacta cum Electore inita, huic privilegio renuntiaverint deinceps, cum in ipſo *Jure Weichbildico*, & *Electorum & Friderici I.* mentio facta ſit, quæ ad ævum *Ottonis* non magis facit, quam ad Arcam Noæ, Imperator Germaniæ. Plura obſervat *CONRINGIVS* de O. J. G. cap. 18. p. 94. ipſum vero Privilegium legitur apud *LVNIGIVM, LEVBERVM & DRESSERVM in Chronico Sax. ad a.* 940. Goldaſtianas curas prætereo, ipſe enim Goldaſtus Ottoni IV. compilationem Weichbildicam tribuit. Gloſſator, & qui illum ſecutus eſt, *SPANGENBERGIUS Chron. Querfurt. L. 2. c. 7.* Auctorem nominant BURCH. a MANGELFELD, prætenſum *Ottonis II.* Cancellarium; ſed craſſa hæc eſt gloſſæ fabula, quæ cum Chronologia nunquam conciliabitur, quæ à falſario eſt efficta, cum nullus unquam in Curia *Ottonis II.* vixerit hujus nominis Capellanus. MALINCROTIUS *de Archicancellariis pag.* 62. Fida ſententia hæc eſt: *Jus Municipale Saxonicum fuiſſe compilatum exeunte ſeculo decimo tertio, fuiſſe id etiam epitomes inſtar excerptum ex ſpeculatore. GRYPHIANDER de Weichbildis cap. LXXI. n.* 13. LAMBECIUS *L. 2. Bibl. Vindob. c. 8. p.* 831. *GIOVANNI Germ. Principe L. 3. c. 5. p.* 217.

w) Glorioſa hæc fuit, & propter *Advocatiam* ſeu *Burggoaviatum*, & *Archiepiſcopatum*, cujus Præſuli poſt per Germaniam collata eſt dignitas *Primatis*. Peculiari *de Primatu Germaniæ* opuſculo hoc argumentum limat *illuſtris Dn. a* LUDE-

genſe x). Sub indultu Principum eorumque arbitratu, ſeculo eodem & ſequentibus, ſingulæ fere Provinciæ & Civitates vel ex privilegio, vel titulis feudi & emtionis ac beneficii, pariter conſignare ſtatuerunt jura

LVDEWIG, ſed cum aliquando forte nimis ample *Primatis Jura* meditetur; expedit omnino evolviſſe HORNIVM diſſ. de *Burggraviis Magdeburgicis* §. 3. *ſq. Doctiſſimum OCKELIVM Tr. de Palatio regio Th.* 65. 131. 135. & CALVOERVM *in Sax. infer. antiqua P. IV. L. 1. c. 6. p.* 368. Burgraviatui inprimis dandum eſt, qvod ſupremum ſcabinorum tribunal, des Weichbilds höchſter Dingſtuhl, Magdeburgi fuerit inſtitutum. LEVBERVS *de Stap. Sax. num.* 540. 581.

x) Vide *Gloſſam* in articulo X. Vide & hanc in articulo IX. ubi *Weichbildum* dicitur à territorio & diſtrictu das weite Gebiete. Interpretes plures cum SCHOTTELIO, GRYPHIANDRO & CALVOERIO *Weichbildum a Wic* ſeu caſtro vocant, *Villæ*, *Vici ſeu Civitatis imaginem.* Imaginem vero repetunt à Statuis, Coloſſis & Hermis, quas inſtar lapidum terminalium & Jurisdictionum poſuerunt majores noſtri. Hæc cauſa eſt, qvæ GOLDASTO impoſuit ut furfurem miſcuerit cum farina confuderitque invicem *Weichbildum* & *Statuam Rulandinam*, quæ non dicitur a ROLANDO, *Caroli M. ſororis filio*, ſed à Rügen, h. e. denuntiare, accuſare. Alii ſunt, qvi accipiunt *Weichbildum* für ein geweyhtes Bild, alii qvi id explicant *per Vici voluntatem*, ein Weichwild. Ut aliquid definiam, liceat ſequi vetuſtas chartas, in qvibus *Wichbildum* ſcribitur *Wicbileth.* At vero *beleth* gothico ſermone denotat *Interdictum*, quod ſcite docet OLAVS RVDEBECKIVS *in ſpecimine de uſu Linguæ Gothicæ pag.* 103. *ſq.* ex capite geneſeos

jura particularia & civitatenſia. Conſcriptæ ſunt ſeculo *decimo tertio* Leges ſtatutariæ & municipales *Haſſiacæ*, y) *Colonienſes*, z) *Hamburgenſes*, a) *Suerinenſes*, b) *Nordhuſanæ*, c) *Auguſtanæ*, d) *Argentoratenſes*,

neſeos *ſexto*, cujus de *ſigno Caini* locum, explicat per *Interdictum a ſummo Numine Caini cauſa promulgatum.* Mihi inde *Weichbildum* idem eſt ac *Statutum Municipale & Civitatenſe.* *Wic* plane coincidit cum ſignificatu civitatis. Ex Saxonico veteri idiomate id late docuerunt *MARSCHALCVS THVRIVS in Annalibus Herulorum & Vandalorum c. 6. CALVOERIUS in H. S. J. p. 305. & Vir Excellentiſſimus Dn. SCHREITERUS de O. J. S. poſ.* 18. Adde voces civitatum *Brunſwic*, vici Brunonis, *Oſterwic*, vici Orientalis, *Sleswic*, vici ad Sliam, *Bardewic*, vici Bardorum. *Bardi* vero Veterum Germanorum fuerunt ſacri Myſtæ, Pfarrer, Prieſter, quorum tamen autoritas talis non fuit, ut COCCEJUS *in Jurisprudentia publica* ab iis Jura hodierna Eccleſiaſticorum cum ratione accerſiverit. In aliis ſitim facile tibi reſtinxerint MEIBOMIUS, SAGITTARIUS & SLOEPKIUS *in Hiſtoria & Chronico Bardewici.*

y) Vide *Chronicon Franckenburgenſe p.* 34. *WECKIUM in Chron. Dresd.* P. 4. Tit. 6. p. 437. HERTIUM *de Conſultat.* §. 9.

z) *CONRINGIUS de O. J. G. c.* 28. *p.* 169. *PRIVILEGIA de a.* 1229. *&* 1242. apud LUNIGIUM *in Archivo Imperiali P. Spec. Cont. p.* 341. 345.

a) Privilegium de Statutis & Libro Civitatis conficiendis exſtat apud PET. LAMBECIVM *rerum Hamburgenſium* L. 2. n. 472. pag. 75. LVNIGIVM R. A. *P. Sp. Cont. IV. P.* 2. *p.* 932. *de a.* 1292.

b) Anno 1220. ſub *Ducis Burewini* auſpiciis. Inſignis in univerſa Megapoli, quin apud Exteros & in Pomerania

huius

ſes, e) *Spirenſes*, f) *Brunſuicenſes*, g) *Cellenſes*, h) *Luneburgenſes*, i) *Juticæ*, k) *Bohemicæ*, l) ſeculo vero ineunte & labente *decimo quarto*, *Bremenſes*, m) *Bavaricæ*

---

hujus ſtatuti fuit auctoritas. Dixi de hoc momento in Tr. *de Conſuetudine ex Libro in Germania, ſigillatim in Megapoli* p. 523. *& in ſpecime Documentorum ineditorum pag.* 113. 128. 209. Adde MICRÆLIUM Lib. VII. *Pomeraniæ antiquæ pag.* 552. *ſq.*

c) Apud HERTIVM *de Super. Terr.* §. 25. habetur charta & privilegium *Rudolphi Habsburgici* de a. 1290.

d) Charta de colligendo jure municipali habetur apud LUNIGIUM *Contin. IV. A. J. p.* 89.

e) KONIGSHOVEN *Strasb. Chron.* c. 5. pag. 366. a. 1270. *SCHILTERUS in Obſerv. ad Konigshovenium p.* 622. a. 1322.

f) *LEHMANNUS Chron. Spir.* L. 4. c. XXI. ſeqventi ævo *Ludovicus Bavarus* ſtatuta civibus confirmavit a. 1315.

g) Conceſſæ illæ ſunt ab *Ottone* Duce & confirmatæ à *Friderico Cæſare* an. 1232. LEIBNITIUS T. III. S. B. num. 17. pag. 434.

h) Auctor eſt *Otto Strenuus*, Ottonis Pueri nepos. Vide *LEIBNITIUM* T. III. S. R. B. p. 483. qui ſimul refert, Ducem præterea Cellenſibus indulſiſſe uſum Juris Brunſvicenſis, cujus fama creverat adeo, ut complures Saxoniæ inferioris civitates in dubiis cauſis ad illud confugerint. *JO. DAUTHIUS Tr. de teſtamentis n.* 8. *f.* 40.

i) *LEIBNITIUS* d. l. n. 41. p. 754.

k) Celeberrimus *MOLLERUS* Introd. in H. C. C. cap. 15. §. 4. Doctiſſimus D. VOGTIUS *Comment. in Leges Juticas de Homicidio* §. 3. 4.

l) GEO. ENGELBRECHT *diſſ. de Judiciis Metallicis c.* 1. §. 5.

m) A. 1303. ſub moderamine Comitum Oldenburgenſium. GRYPHIANDER de *Weichbildis Sax.* c. 77. p. 196. SPECKHAHN *Cent. II. quæſt. V. ol.* 1.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0096
DFG

varicæ, n) *Aquisgranenſes*, o) *Goslarienſes*, p) *Auſtriacæ*, q) *Tyrolienſes*, r) & plures. s) Recentiori ætate, ſeculo decimo *quinto & ſexto*, ſingulis his fontibus demum acceſſerunt *ſupplementa varia*, *Ordinationes Provinciales municipales Judiciariæ*, *Proceſſuales*, tum & *Edicta*, *Transactiones*, *Conſtitutiones*, *Statuta recentiora*, *Privilegia plura*, *& ſanctiones civiles particulares*, t) tum & eccleſiaſticæ u) conſtitutiones & plu-

n) *AVENTINUS L.* 7. *Annal. Boicorum an.* 1346, *LAMBECIUS L.* 2. B. V. c. 8. p. 834. ubi exhibuit Codicem *Ludovicianum*, quem auxit recenti ſeculo Elector *Maximilianus*.

o) NOPPIUS *in Chronico pag.* 30. *CONRINGIUS* de O. J. G. c. 28. & Aquisgranenſium Chur-Ordnung de a. 1338.

p) Annum definire non audet *LEIBNITIUS in Introd. ad S. B.* p. 17. Definivit vero ætatem Legum Goslarienſium doctiſſimus D. HEINECCIUS *in Antiquit. Goslar. Lib.* 4. p. 362. Refert quod a. 1390. in Codicem redacta ſint civitatis ſtatuta, *Wenceslai* Regis, Senatus & tribuum ſuffragio.

q) *GIOVANNI Germ. Principe* L. 1. c. 5. §. 3. p. 459.

r) HUNDIUS *in Metropoli Salisb. T.* 1. *p.* 450.

s) Vide *ANONYMUM de Privilegio Belgarum de non evocando c.* 1. *n.* 3. illuſtrem Dn. *HOFFMANNUM in Conject. de LL. Germ. Origine Sect. V. p.* 146. *ſq. HERTIUM diſſ. de Sup. Territoriali* §. 25. *in Opuſc. p.* 257.

t) Agunt de his nominatim WERLHOFIUS *Spec. II. Juris Germanici enucleati*, *de Jure Germanico particulari*, *& HENR. GIESEBERTUS in Juſtiniano Harmonico & Periculis Statutorum*, ubi conſtitutiones varias Provinciales civiles, reſcripta, mandata & hujus generis Jura ſtudioſe invicem conferunt. Speciatim ſingulæ Saxonicæ Ordinationes inſigni

res justitiariæ, quibus etiamnunc, quoties de jure Germanico

insigni & curatiori apparatu novissime collectæ sunt an. 1724. in *Corpore Augusteo Juris Saxonici. Austriacis* æque esse licet adeo felicibus, & gloriari in *Codice Austriaco*, ordine alphabehtico digesto a. 1704. In *Bohemia* JO. JAC. Eques de WEINGARTEN in Codice Ferdinandeo Leopoldino eamdem Jurisprudentiæ provinciam occupavit a. 1720. Apud *Suevos* prodierunt MEVRERII *Jura Nationalia Civitatensia*, & si quid voto definiverim, spes est insignis, fore ut in aliis Germaniæ provinciis, statutarii Juris & Sanctionum particularium moliantur mox lecti eandem collectionem, in cujus stadio illos præeunt exterorum Regnorum Literati, qui in *Suecia*, *Dania*, *Hispania*, *Anglia*, *Gallia*, *Polonia*, *Ungaria*, & novissime sub auspiciis Sabaudiæ & Pedemontium Ducis ac *Sardiniæ Regis VICTORIS AMADEI* in *Sabaudia* evulgarunt *Codices & Collectiones Legum, Ordinationum, Statutorum & Constitutionum Territorialium*. In Camera Germaniæ Junctim denuo superiori anno Ordinationes Camerales typis exscriptæ sunt *in Codice Ordinationum Juris Cameralis*. In *Megapoli* eodem anno *Neo-Brandeburgi* colligi cœperunt Ordinationes & *Jura Mecklenburgica Provincialia & Judiciaria*. Spectant huc *Ordinatio Judicii Provincialis & Aulici* de an. 1568. 1569. cum confirmatione Cæsarea, ut & de an. 1570. & 1622. *Ordinatio Politica* Policey- und Land-Ordnung de a. 1516. f. 1562. 4. 1572. quæ ad instantiam *Ducis Ulrici* an. 1579. à *Rudolpho II.* Imperatore est confirmata, cum singulari fato, spuria editio, quæ plura correxerat, in pejus mutaverat omiseratque, nescio qua autoritate prodiisset. Accedunt *Ordinatio Politica interimistica Adolphina* de a. 1661. *Constitutiones particulares de causis civilibus, de causis Judiciariis & civilibus* ad a. 1616. 1624. 1660. 1677. *de prærogativa*

manico locali seu particulari quæstio est, utimur ci-

 ves,

tiva adjudicatorum, piorum corporum & hypothecarum in concursu creditorum de an. 1644. ut & *Constitutio Gustrovienſis Cancellariæ, cetera.*

u) Rei ecclesiasticæ Protestantium admodum conduceret, si quis singulas suæ Provinciæ ordinationes ecclesiasticas antiquas & recentiores colligeret, quæ nunc repertu sunt difficiles, cum in usum particularium ecclesiarum sint promulgatæ. Statuta civilia singulorum locorum cum Scitis Juris romani contulit *HENR. GIESEBERTUS*, sed qui Statuta Evangelicorum Ecclesiastica cum Jure Pontificio & institutis ecclesiarum protestantium sigillatim comparare fategerit, mihi quidem nondum innotuit, si forte exceperis *JUSTUM HENNINGIUM BOEHMERUM*, qui *in Jure Ecclesiastico Protestantium* sedulo contulit jura canonica cum ordinationibus nostrarum ecclesiarum. Cum vero *Ipse* celeberrimus Autor *in Dissertatione de Praxi Juris Canonici in Terris Protestantium* fateatur, se hoc desiderium ob tot ordinationum deficientem copiam non ubique tanta, qva debuit, præstitisse ubertate & expleviſſe; indubie etiamnunc ad desiderata pertinet *Harmonia Jurium Ecclesiasticorum*, quam in forisProtestantium ex sanctionibus ecclesiasticis collegisse expedit, ut uno obtuitu constet dissonantia & convenientia constitutionum Sacrarum. Certum me reddidit nuper inclytus *Helmstadiensium Jctus*, fore ut *maxime reverendus* Dn. CHRISTIANUS JULIUS BOCKELMANNUS, *Venerandus antistes & Consistorialis Cellensis*, insigni, quem per plures annos conquisivit, apparatu evulget *Thesaurum Ordinationum ecclesiasticarum.* Meminit Apparatus *Bœkelmanniani* Venerabilis Dn. Abbas *JO. ANDR. SCHMIDIUS in Dissertatione de Agendis.* Idem *Præsul Mariævallensis* schediasma edidit, quo

Ordina-

ves, & singuli utuntur, quique sigillatim in Patriæ Judiciis.

§. XVI.

Ordinationes ecclesiasticas Brunsvico Gvelphertynas à reformatione ad præsens tempus omnium bonorum plausu recensuit, simulque, quod voveo, rerum ecclesiasticarum peritos commovit, ut in singulis forte Provinciis cogitare nostro ævo incipiant *de Historia Sanctionum Ecclesiasticarum.* Egregias huic instituto suppetias fert HERMANMUS HAMELMANNUS *in operibus genealogico Historicis* ab ERNESTO CASIMIRO WASSERBACHIO, *Jcto*, editis, in quibus *p. 765. sqq. p.* 8 8. 939. 985. 1039 1083. & alibi historia ecclesiastica renati evangelii per inferiorem Saxoniam curate eruitur & plurium ordinationum ecclesiasticarum argumenta referuntur simulac, in quantum res ecclesiasticæ in melius formatæ sunt vel aliquando deterioratæ, cum fatis dijudicantur. Secutus est ipsius vestigia *Summe Reverendus Dn.* NICOLAUS STAPHHORSTIUS *apud Hamburgenses divini Juris Antistes celebratissimus* in Historia ecclesiastica Hamburgensi diplomatica, cujus secundam Partem his ipsis debemus nundinis. Qui succinctum ecclesiasticarum sanctionum recensum desideraverit, evolvat *ill. Dn.* BOHMERUM *in Usu moderno Juris Eccles.* Vol. I. Tit. II. §. 90. sqq. ubi mentio sit ordinationum *Saxonicarum*, *Brunsvicensium*, *Luneburgensium*, *Marchicarum*, *Wirtenbergicarum*, *Mecklenburgensium*, *Hassicarum*, *Pomeraniæ*, *Holsatiæ*, *Comitatuum & Civitatum.* Fallit in eo, quod primam *Mecklenburgicam* ecclesiasticam ordinationem prodiisse demum putet anno 1552. Docent annales, quod prima edita sit in lucem Rostochii a. 1531. quam exceperunt deinceps a. 1540. a. 1552. 1557. 1579 1602. 1650. 1708. editiones auctiores & reformatæ. Spes est, fore ut propediem in *Ducatu Mecklenburgico* ex Jurisprudentiæ ecclesiasticæ historia & fontibus,

§. XVI.

Enumeratis Jurisprudentiæ Germanicæ omnis ævi principiis & fontibus, ardua succedit & hic sibi locum deposcit consideratio, *quem usum nostra ætate habeant Leges recensitæ germanicæ, qua polleant nunc autoritate in foris & Judiciis?* In nimimo peccarunt SCHILTERUS v) & KULPISIUS w), uterque enim tanquam pro liberis & focis pugnat pro Scriniis etiam *vetustis,*

De usu enumeratorum fontium Jurium germaniæ monitum præliminare.

bus, hoc argumentum curate evolvat & exhibeat *Summe Reverendus* Dn. D. FR. ALBERTUS ÆPINUS, *de Patria Academia & Literato orbe Vir meritissimus.* Pertinent huc cæteroquin Ordinationes Consistoriales & Placita varii generis ecclesiastici in singulis Territoriis. In *Megapoli* speciatim prodiit *Ordinatio Consistorialis* a. 1570. & 1602. *Ordinatio Specialis Superintendentium, Pastorum & Bonorum ecclesiasticorum a.* 1571. *a.* 1606. cujus in praxi etiamnunc vis est, etiamsi Provinciales dubia moverint, sed ideo frustranea, cum quæ Juris Episcopalis sint, ad Principes spectent jure proprio, non cumulativo. MYLERUS *de Principibus & Statibus Imperii P.* 2. *c* 39 *Th.* 9. 10. MEVIUS *P. II. Decis.* 74. *sqq.* Adde his Ordinationes Monasteriales, in *Megapoli* sigillatim *Dobbertinensem, Malchoviensem, Ribnitzensem* de a. 1610. Edicta Meclenburgica multiplicis argumenti nominare non vacat, quavis quidem mea industria una cum *edictis politicis & Civilibus, præcipue Contributionum*, a medio Seculi decimi sexti in hunc usque diem collecta & conquisita non interrupto ordine.

v) *In præfamine ad Codicem Juris feudalis Allemannici. §. 6. sqq. & in Exercit. ad ff. Ex.* 1 *ff.* 13. *Ex.* XXIII. §. 66.

w) *In dissertatione epistolica de Legum veterum germanicarum ac Romani Juris in Republica nostra origine & autoritate præsenti p.* 369. in Opusculis Kulpisianis.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0101
DFG

vetustis & legibus Germanorum *antiquis*, uterque in *obsoletas quasque* Majorum Leges tanta animi religione ruit, x) ut emendandæ corruptæ Jurisprudentiæ & Reipublicæ melius consuli non posse unquam, uterq; existimet, quam si *specula & vetustissimæ Germanorum Leges*, quas blattæ exedunt, reducerentur ad pristinam fortunam & sortem. y) Nunquam à me impetrare potui, ut huic præjudicio avito subscriberem, z) cui historia, indoles Reipublicæ hodiernæ, fora Seculi & facies moderni regiminis oppido adversantur. a) Sunt equidem, qui & ex adverso inter parum delinquunt & rudes admodum sibi in cerebello efformant conceptus de existentia, autoritate & usu Juris Germanici;

x) Recentiores, qui ejusdem religionis socii sunt, nominare supersedeo. Expleant illorum vices GOLDASTUS *in Præfamine ad Constitutiones Imperii* & SPANGENBERG *in Chron. Sax. cap. 247. in Chron. Querfurt. L. IV. c. 4.*

y) Rident merito hoc institutum *illustris Dn. à LUDEWIG in Opusculo de Nævis Jurisprud. feudalis, quod Tomo* II. *Commentarii A. B.* insertum est *§. 7. & 8. d. l. p.* 1409. *sqq.* & HERTIUS *de Consultat. Legibus & Judiciis in Spec. R. G. J. Rebuspublicis §.* 15.

z) Consentiunt *Illustres Consiliarii Dn.* HOFMANNUS *in Conjecturis Politicis de LL. Germ. origine Sect. 6. p.* 161. *p.* 178. *sqq.* & *Dn. GRIBNERUS* de Jure incerto ex dubia Legum, quibus utimur autoritate oriundo §. 8.-14. nec non CHRISTOPH. JOANNES CONRAD ENGELBRECHT *in Comment. de Utilitate & necessitate studii Juris Germanici §.* 10. *p.* 34. *sq.* CONRINGIUS *de O. J. G. c.* 30. *pag.* 180. & qui alias usum speculi Saxonici maximopere urget & propugnat, RINCKIUS *diss. de Speculo Sax. §.* 14.

a) Vide §. *sequentem* & speciatim §. 18. sqq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0102
DFG

manici; b) verum enim felici sydere has syrtes & binos lapides offensionis facile quisquis vitabit & superabit, qui enumeratorum fontium ac principiorum historiam cum pragmatico usu & genuina praxi conjungere resciverit, non quidem ex glossis ita dicentium; sed ex foro, & indole & præsidiis Reipubllcæ germanicæ fidis atque idoneis. Ut ipsum momentum

b) Sunt *plures*, qui *utriusque Speculatoris* farraginem & ineptias accipiendas esse & haberi vulgo putant pro *Jure Teutonico*. Loti illi nec sunt experientia, nec tincti cognitione rerum germanicarum. *Alii* particularia Jura Provinciarum saltim habent pro complexu Jurium Germanicorum, non rescientes, quod præcipua pars Jurisprudentiæ Germanorum absolvatur in moribus universalibus & consvetudinibus, quæ cum Republica ejusque indole adeo cohærent, ut nequeant ab illa divelli, quousque Germaniæ Respublica manet. Dabit de hoc argumento §. XXV. rationes & fundamenta. Nomina Autorum peccantium in defectu, legeris, si evolveris *AUG. LEYSERUM in Collationibus prisci Juris Saxonici cum Jure Romano: PHIL. BALTH. GERDESIUM diss. de norma judicandi controversias feud. in Germania pag.* 23. *n.* 21. *STEPH. CHRISTOPH. HARPRECHTIUM in Speculi Svevici non usu moderno & ANONYMUM Diatribes de Receptione Juris Romani ejusdemque ac Legum veterum Germanicarum auctoritate.* Illos vero, qui obsoletas Leges & Capitularia, Juris Germanici omnem essentiam constituere sibi temere imaginantur; illos qui pro Jure Patrio accipiunt Leges antiquatas, jura cerebrina, otiosa, abrogata, & in foris non consuetudinaria, forte aliqvando constituenda & nondum constituta, illos cum aliis, qui de *Jure Germanico* qværunt, ubi reperiatur, vel scriptum, vel introductum? ablegatos interimistice esse jubeo ad summatim dicta

mentum nunc pateat & intelligatur pragmaticè ac cu-curatè ; operam daturus sum, ut cum *universim*, tum *speciatim* ex rationibus & exemplis constet *de Legum Juriumque germaniæ vetustorum, medii & recentioris ævi indole, otioso & superstiti usu in hodierna germania*, quas denique conclusiones instar præsidii comitabitur genuina *de forensi habitu, conceptu, autoritate & usu Juris germanici veri & practici* tuta sententia & definitio.

Disquiritur universim de valore recensitorum Juriu Germaniæ.

§. XVII.

Universim ultro confiteor, &, quod arbitror, mutuo omnium consensu affero, quod expressa sanctione nec derogatum unquam sit Legibus enumeratis, nec facta illarum unquam abrogatio. Veterum majorum Leges

cta & ad paragraphos succedentes. Liceat hic vero audire *Ill. Dn. CHR. GODOF. HOFFMANNUM in Dissertatione Delineationi Juris Germanici GEO. BAYERI præmissa §. 7. Illi*, inquit, *qui non sine ignominia gentis nostræ, ubi Jus Germanicum detur, quærunt, vel summa laborant rerum patriarum ignorantia, vel amore Juris peregrini ita fascinati sunt, ut iis, qui Germanis proprii sunt, mores sordeant, cum tamen quotidiana experientia doceat, infinitas pene esse juris Germanici materias, qvæ juribus peregrinis incognitæ sunt*, vel adversæ. Idem hoc est, qvod ex Praxi Germaniæ à Jure Romano sæpiuscule dissonante edocuerunt SAM. STRYCKIUS, JOA. HOPPIUS, CHR. THOMASIUS, JO. HENR. BERGERUS, FRANCKENBERGIUS, JO. PHILIPPI & plures, qui ad Institutiones & Pandectas ediderunt *Usum modernum, usum hodiernum, usum practicum Juris Romani in foris Germaniæ*, hoc est, *Jus forense seu Germanicum Patrium, vel universim in Germania vel speciatim in Territoriis à Jure Romano dissonans vel cum eodem harmonicum.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0104
DFG

Leges antiquas confirmarunt *Carolingici* Cæsares, c) horum vero *Capitularia* exstincta stirpe Carolingica *Imperatores Germanici* Lege publica nunquam coegerunt in exilia. d) Idem dicendum est de Legibus & seculorum sequentium promulgatis moribus, qui, cum sublati non sint, cur stare quæso prohiberentur? cur abrogatas dixeris Leges veteres à Seculo V. usque ad XIII. compilatas, qvæ potius munitæ sunt confirmatione. e) Largior, quod debeo, imperante

 historia,

c) ERICUS MAURITIUS *de libris Juris communis Th. 12. THILO de Necessit. Jcti §. 57.* LEHMANNUS *Chron. Spir. L. 4. c. 21.* ubi asserit: daß in keiner Historie zu finden, daß ein Käyser oder König die alte Gesetze und Rechte der Deutschen abgeschaffet habe.

d) Confessus hoc ipse est HEYDELMANNUS, vel quisque demum auctor est, *in Diatribe de J. R. receptione Sect. II. §. 14. & sqq.* ubi fassus est, non reperiri constitutionem, quæ priscis Legibus directo vim adimat. Late hoc argumentum quoad Capitularia tractat LINDENBROGIUS *in prolegomenis ad Leges veteres*, & quoad Legum post per Ottones & Henricum promulgatarum usum, MELCHIOR GOLDASTUS *in Epistola ad Fridericum IV. Palatinum, Parti I. Constitutionum Imperialium præfixa.*

e) Pertinent huc Friderici I. *Constitutionis Carolinæ confirmatio* de a. 1166. & *Ottonis IV. Friderici II.* & *Rudolphi I. Alberti I. Ludovici Bavari* de Valore Jurium & morum Germanicorum Sanctiones de annis 1208. 1236. 1287. 1315. apud GODOFREDUM COLONIENSEM ad a. 1208. LEHMANNUM Chron. Spir. L. 4. c. 21. L. 5. cap. 167. 208. & GOLDASTUM T. II. c. I. Tit. 4. n 3. Adde OTTONEM FRISINGENSEM L. 4. *Chron.* c. 21. 32.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0105
DFG

hiſtoria, & eadem jubente profitebor meas aſſertiones. Dixi, quod ineunte ſeculo *decimo tertio* Decreta & Decretales, Gibellini & Juris Romani Doctores Itali, in Germania patrias Leges & vetuſtos mores inſultare cœperint, ſed fateor, irrito conatu & ſucceſſu, f) cum Jurium, qvorum fontes perſpeximus, Germanicorum memoria & autoritas g) ſalva cuſtodita ſit ævis ſeqventibus. Largior, in *Aurea Bulla* h) a. 1356. Carolum quartum Imperatorem non Juris Canonici & Romani, ſed uſus Juris Germanici, Franconici atque Saxonici meminiſſe. Largior, in Decreto Palatino *Sigismundum Cæſarem* an. 1417. publicam controverſiam ſecundum Germaniæ Jura & Conſuetudines ſopitam eſſe aſſeruiſſe, i) & neutiquam inficior, Pontificem *Grego-*

f) CONRINGIUS *de O. J. G. c. XXXI.* docens, *Juri Romano* quidem conatus papales intuliſſe majorem cladem.

g) CONR. SINCERUS *Epiſt. diſſ. de LL. veterum autoritate.* §. 26. *ſqq.*

h) Vide ejusdem *Caput quintum*, & BURCH. GOTH. STRUVIUM *Hiſt. Juris Germ.* §. 28.

i) SZHILTEUS *de Inveſt. Simult. c.* 3. §. 3. GOLDASTUS *P. II.* der R. S. *p.* 99. Retulit & huc doctiſſimus DATTIUS *Comm. de Pace publica* l. 4. c. 1. n. 8. 9. documentum Caroli Ducis Lotoringiæ *de a.* 1419. Sed, qua ratione, legi poterit apud ENGELBRECHTIUM *Comm. de U. & N. Juris Germanici p.* 48. Meliori Jure huc pertinet *CONSTITUTIO ALBERTINA de a.* 1438. quæ ſummopere ſalvas eſſe ſanxit Leges & conſvetudines domeſticas. Diſſentit quidem *AUCTOR Diatribes de J. R. receptione* §. 6. verum impoſuit ipſi DUCKIUS, quem ſequitur, etiamſi KULPISII argumentis

Gregorium XI. totum in eo quidem desudasse, qui *Jura Germanica* eorumque collectiones solenni Bulla a. 1373. avita sede exterminaret; k) sed spumante bulla, in simpulo illum movisse saltim fluctus, ausumque Pontificis fuisse fulmen ex pelvi. Quod juri Germanico nec obfuit nec ullum detrimentum attulit, tametsi *Concilium Basileense* a. 1431. l) bruto eodem fulmine denuo tanquam ex arce Tarpeja detonuerit. Indubitata, fateor, res est, *Fridericum III.* a. 1441. Jura Germanica *expressa Reformatione* m) adeo commendavisse, ut Juris Romani & Canonici Doctores omnes in foris exules & à judiciis Germanorum procul esse jusserit sanciverit-

mentis contrariis non satisfecerit. Frustra ante *Maximilianum*, publica Cæsarea fingitur Juris R. receptionis Sanctio. Jura communia præcipue sunt jura germaniæ, & ab ævo Maximiliani Jura Romana in Legibus dicuntur Jura communia *Scripta & Cæsarea.* Fuse hoc docet. *Tr. de Indole J R.* p. 142. - 150

k) BOEHMERUS *U. M. Juris Ecclesiastici L.* 1. *Tit.* 2. *pag.* 107. Ipsam Bullam exhibuit HARPRECHTIUS P. II. *de Non Usu Speculi Suevici lit. hhh. p.* 98 *sq.*

l) Dn. BURGERMEISTERUS *in Proœmio Corporis Juris Germanici* §. 33.

m) Quæ exstat apud MULLERUM *in Theatro Comitiorum* p. 58. *& Goldastum* T. 1. cap. I. pag. 166. Exagitat & acusat hanc constitutionem LYMNÆUS *J. P. L.* 4. *c.* 8. *n.* 18. alicujus iniquitatis; sed nulla ipsius pruritui succurrit ratiuncula, uti docent RHETIUS *Comm. Juris feud. Proœm. n.* 82. THOMASIUS *in Dodecade quæst. qu.* 10. §. 7. Conferatur BESOLDUS *disc. de Præmiis pœnis & Legibus* c. 8. §. 5.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0107
DFG

que; n) fateor, in eadem constitutione denuo a. 1443. & 1448. illum perstitisse; o) quodque magis est, addo, ipsum

n) Verba constitutionis hæc sunt: Alle Doctores sie seynd geistlich oder weltlich in heiligen Römischen Reich teutscher *Nation*, sollen an keinen Gerichte fürbaß mehr gelitten, sondern gantz abgethan werden. Alle Rechte sollen abe seyn, **ausgenommen / welche mit wahren Grund bestätiget, wie im Reich geordnet ist.** Additur ratio: Die Doctores sind **der rechten Stieffväter und nicht die rechten Erben der Rechten.** Sie nehmen ihnen den Grund der Warheit und bringen das Recht aus Geitz in solchen Unglauben daß kein fromm Mann sein Vertrauen darin mehr setzen mag, **das hat euer verkehrte Lehre inner 50 Jahren zu wege gebracht / wo ist es erhöret worden.** Prohibuit hac Sanctione Cæsar adhuc Jurium romanorum autoritatem, quam foris eliminat & intra Scholarum umbras nequidem contineri, cupit, salvis germaniæ solius moribus domesticis. Plura sunt, quæ circa hanc sanctionem indigunt consideratione; sed compendii ergo ablego scisitantes ad *Dn.* GRIBNERUM *Diss. de Jure incerto proœm. §. 3. sq.* *FELTMANNUM ad L. 2. §. 13. n 5. ff de* C. J. SCHILTERUM *Ex. ad ff.* VIII. 2. *LEHMANNUM Chron. Spir. L. 4. c. 21.* HIPPOLITUM à LAPIDE *in Præf.* §. 21. *p. 5.* DARTIUM *de P. P. L. 4. c. 1. n. 150.*

o) *GOLDASTUS P.* II. *J. C. p.* 98. 155. Adde ejusdem Cæsaris privilegium *Luneburgense* de a. 1471. apud SAGITTARIUM *in H. C. L.* §. 90. §. 31. ut & Sententiam in Controversia Pomeraniæ apud SCHILTERVM *in Instit. J. P. L. 1. T. 2.* §. 17. *de a.* 1476. Privati Scriptores, qui coætanei sunt Friderico Cæsari, maximopere propterea germanos felices judicant, quod morum patriæ sint observantes. Legi meretur POGGIVS, FLORENTINVS *in Convivali* II. *p.* 16. & qui dissentit, PETRVS *ab* ANDLO L. I. c. X. p. 35.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0108
DFG

ipsum denique *Maximilianum I.* etsi a. 1495. in Cameram usum Juris Romani publice introduxerit, p) mores nihilominus Germaniæ salvos ubique esse multoties edixisse, q) quin de *conficiendo Codice Juris Germanici* evulgavisse votum & voluntatem. r) At tamen omnia

p) Negat hoc quidem KVLPISIVS, sed solidi quicquam nequit opponere Documentis de a. 1495. 1496. 1500. 1507. 1517. 1521. 1529. 1538. 557. 1577. quorum loca alibi evolvi. Id vero dubio caret, factam esse hanc receptionem, salvo jure patrio quod noluit *Maximilianus* abrogare. STRYCKIVS *diss. proœmiali ad U. M.* §. 24. 28. CONRINGIVS *de O. J. G. c.* 33. *p.* 210. 212.

q) Operæ pretium est, consuluisse *Recessum Imperii de a.* 1487, quo *Maximilianus* ante Juris R. in Cameram introductionem serio urget Assessores, ut judicent juxta *Leges, Statuta, Ordinationes & Consuetudines Imperii Germanici*, nach des Reichs-Rechten, löblichen, Ubungen, Ordnungen, Statuten, Gewohnheiten, löblichen Herkommen und Gebräuchen. Idem ipse Cæsar repetit in *Ordinatione Camerali* de anno 1495. §. 26. & qui evolverit *Ordinationem Cameræ Ferdinandi III. Tit.* 3. §. 1. 4. *Tit.* 13. §. 1. *Ordinationem Judicii Aulici Tit.* 1. §. 15. Decretum *Comitiorum Augustanarum* de a. 1648. §. 23. 24. *Tit.* §. 1. *Ordinationem Cameralem* de a. 1555. P. 1. Recessum *Imperii* de a. 1654. §. 28. 105. & plura Legum Imperii loca, conclamatam facile rem esse dixerit: *Jura germanica omnium esse commendatissima & Jura Romana, deficientibus moribus, esse subsidiaria. LYMNÆUS T. 5. Addit. J. P. ad L. 9. GOLDASTUS L. 2. de Majoratu c.* 6. §. 510.

r) Publico recessu Wormatiensi *de a.* 1495. *Art.* 5. statuit Imperator: *Omnia Patris Juris instrumenta in Codicem atque Systema esse redigenda, & ipsius unum exemplar præcipue custodiendum*

omnia hæc me non commovent, ut universim Legibus Germanorum, vetustis præcipue, insigne statuam pretium & manifestum usum. Recensita historiarum argumenta in thesi stabiliunt quidem Juris Germanici autoritatem & prærogativam; sed nolim arbitreris, propterea Legum Germanicarum nullas vocari posse obsoletas & otiosas in hodierna Republica.

§. XVIII.

Differitur generatim de non usu ac usu veterum Legum Germanorum.

Non est, ut à me requiras abrogationis causam & argumentum; sufficit contrarius usus, s) quin hoc deficiente, non usus t) & desuetudo u) in Seculis recentio-

---

endum esse in Camera. In Comitiis Spirensibus à *Maximiliano II.* a. 1570. iterum hoc consilium est repetitum, &, quæ sederit mens *Carolo V.* intellexerit quisque ex JACOBI SOBII *Oratione apud* FREHERUM *T. III. R. G. p.* 188. & ipsius Cæsaris *Decreto Comitiali de a.* 1548.

s) Qui vel Lege introductus est, vel contraria consuetudine. Utroque casu antiquis Legibus dica scribitur, & nullus forte inficiabitur, Jurisprudentiam hodiernam, hanc infinitis exemplis probare assertionem. Vide CONRINGIUM de O. J. G. c. 33. p. 214.

t) Dissentiunt vulgo Interpretes in Jure romano, sed salva res est. *Trita Lex 17. C. de Testamentis* non evincit, qvod neqve tum Legem non usus tollat, si nullus unquam, ob Patriæ & rerum totalem inversionem, Legis usus poterit in civitate exspectari. In effectu idem involvit *otiosa* Lex, quam *abrogata.* Quin desuetudo tum continet consuetudinem contrariam, docente GUNDLINGIO *in Gundlingianis P. 6. num.* 3. §. 12. *sqq.*

u) Aliam

recentioribus prorsus diversæ naturæ & indolis. Germania *antiqua*, *Carolingica*, & *postcarolingica* in paucis capitibus cum hodierno statu germaniæ conspirat. Mutatus est status popularis & publicus, mutata est conditio privatorum, mutata est terræ facies, mutatus est judiciorum ordo, & longe diversa viget vivendi atque agendi ratio. v) Sane, antiquitatum legalium Germaniæ Coryphæi suppares esse videri possunt Eremitis, qui lautis & opiparis hodiernæ Reipublicæ deliciis præferendas esse putant glandes, radices amaras, victum inconditum, deserta & statum veterum

O majo-

u) Aliam *Illustris HOFFMANNUS* in *præfamine ad BAYERI Specimen J. G. §.* 10. addit rationem, quam tamen meam non facio, cum de valore & autoritate Legum veterum priscis ævis nullus dubitaverit. Introductionis Lege non indigent jura originaria, quæ non recepta sunt, sed *constituta* & in Republica nata.

v) Testatissimum hoc est assertum, si conferas invicem antiqua cum modernis. Vetusto ævo Germani feroces fuerunt & paganismo dediti, bonarum literarum imperiti, in agris delituerunt vel in tabernis & castris, seculi delitias ignorarunt, commerciorum flore destituti vixerunt, propria. vindicta & jure manuario Justitiæ periculum fecerunt. Si ad Judicia accesseris, Ordalia & probationes per crucem, evchariſtiam, caseum execratum judicialem & per vomeres ignitos, Judices illiteratos, Sutores Senatores, Sartores Scabinos, & simplicissimas procedendi rationes ubique copiose reperies. Taceo legum confusiones, inutiles solennitates, ceremonias, ineptias Clericales, pœnas criminum iniquas & superstitiosas, de quibus speciatim scripsit DN. HOFFMANNUS *in Tr. de LL. Germ. Origine capite ultimo.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0111
DFG

maiorum, qui corpora corio texerunt inque foſſis & virgultis delituerunt, non in ædificiis. Vitæ, morum Juriumque vetuſtorum w) germanorum ruditas, ut palma à pugno, ut æra lupinis, noſtra ætate diſtat à Reipublicæ, Civium, Judiciorum ac Morum Indole & Ratione. Deſvetudo igitur & inverſa Germaniæ facies cauſæ ſunt, ut Conſtitutionibus vetuſtis in variis Codicibus collectis, fidenter denegem vim univerſalem & *uſum communem forenſem avthenticum hodiernum. Uſus* veterum harum Legum & morum præcipuus eſt *dogmaticus*, hoc eſt: Ita comparatæ ſunt antiquiſſimæ Leges, ut in eruendis & explicandis Juris germanici originibus ſæpiuscule egregiam præſtent utilitatem x), ut rationes veterum morum & monumentorum multipli-

w) Hodie certe infimi ordinis agricola & civis mortem, credo, malunt, quam vitam moribus majorum ſimilem. Vitam egerunt jumentis paulo cultiorem; abſtemii fuerunt & invinii, lignum & fuſtem maluerunt quam gladium, &, quod hic urgeo, Jura neſciverunt ſæpius quorum vices expleverunt arte laniſtica, data partibus fide, fore ut themis divina pro illa parte ſentiret, quæ pugnis & pedibus alteram ſubegiſſet. Exempla adducit LUDEWIGIUS *Oratione de emendanda Jurisprud. p.* 12. & *Opuſculo* von den Mängeln des Lehn-Rechts §. 7. Certe, hos mores, ſi abrogatos nondum eſſe dixeris, conſultor tibi ſum, ut Academiis & Profeſſoribus relictis, jurispudentiam addiſcas in ſcholis gladiatorum, auff dem Fechtboden.

x) Docebit hoc propediem *in antiquitatibus rerum germanicarum Humaniſſimus Jctus* D. HEINECCIUS, qui in hoc ſtadio præeuntem habet JO. SCHILTERUM in *Exercitationibus ad Pandectas*.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0112
DFG

multiplices occasiones exponant, juridicas antiquitates, & vocum germanici juris significationes & proverbia y) interpretentur, illustrent, pariter atque Germaniarum historiis lumen fœnerentur addantque facem caligini doctrinarum. Præclare proinde illos de Jurisprudentia mereri, non diffiteor, qui Leges vetustas & Capitularia studiose exponunt, z) qui veterum Legum fragmenta ex naufragio quasi colligunt a) quin ad referandas Jurium germanicorum rationes in auxilium vocant gentium, quæ quidem extraneæ, sed cum germanis tamen sunt consangvineæ, Leges & morum formulas b). Nolo igitur despi-

y) Legendi hic sunt HERTIUS *Opusc. Vol. I. P. III. p.* 382. *Vol. II. p.* 429. PISTORIUS *in Centuriis Paroemiarum Juridicarum* & CHRIST. GODOFR. HOFFMANNUS *in Opella de modo investigandi verba in Jure germanico & natura regularum Juris germanici*, quam *præcognitis Jurisprudentiæ* inseruit N. 5. Rationes & exempla nuper ex universo jure addita sunt *in Tr. de Consuetudine ex Libro in Germania p.* 487. - 498.

z) Novissime hoc egit *illustr. Dn. Consiliarius ab* ECCARD in *eleganti Commentario ad LL. Salicas & Ripuariorum.*

a) Præeunt Jctos nostra ætate suis collectionibus *illustr.* JO. PETRUS à LUDEWIG & SIM. FRIEDER. HAHNIUS, *regii Historiographi excellentissimi.*

b) Diximus de his supra p. 58. *litera O.* Ratio assertionis satis interna est. *Gothi* enim, *Dani*, *Sveci*, *Angli*, *Hispani*, *Longobardi* & *Poloni* sunt nostri populares & consangvinei, qui, relicta germania, occuparunt sedes peregrinas. Dici nequit in transcursu, quam egregie *Gothorum Jura* Baluzianis collectionibus & Cimbrorum Jurisprudentiæ inserviant?

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0113
DFG

despicere alto supercilio prisci ævi veterumque Majorum Leges, certus sum, sæpius in describendis & examinandis Germanorum veterum institutis plures alluci-

viant. Vide SIBBERUM *in Bibl. Histor. Danica* c 8. p.144. & CAROLUM LUNDIUM *in primo Getarum Legislatore p.17. sq. Angli fuerunt* Saxones, & qui manu volverit novissimam DAVIDIS WILKINS *Collectionem Legum Anglo Saxonicarum*, insigni voluptate palpare poterit gentium extranearum morum cum consvetudinibus Germanicis, Saxonicis præcipue, convenientiam. Publice fassus est *Perillustris Dn. de* LUDEWIG, se instar præsidiorum *in explicandis Juris R. & G. differentiis*, uti gentium remotarum, inprimis Septentrionalium, codicibus Legum & Consvetudinum. Has qui contulerit invicem earumque symbola conduxerit; miram ubique reperiet cum germanicis harmoniam. Novissime *idem illustris AUCTOR* id evicit *in Notis ad Codicem Legum Normannicarum*, quem ex MSCto edidit *Tomo 7. Reliquiarum MSC. p* 194.-419. Normannorum propago Germanica est, & prouti *Galli* origine *Franci* sunt; ita utriusque gentis mores consonant cum popularium germanorum Legibus. Sigillatim *Normannicus Codex* interpres est Juris *Anglo Saxonici*, cum ex Gallia in Angliam ruerint Normanni. Hispanorum Leges, quas GOMEZIUS & nostro seculo GERARDUS ERN. *de* FRANCKENAU ediderunt, appositè interpretantur *Jura Svevica*, & qui *Belgas* Scriptores *Belgiique mores* expenderit, ultimum demum daturus est nostro asserto pondus. Belgæ enim diutius egerunt sub germanico Imperio & eo plus conferunt foris, quo magis nobis sunt vicini. Exempla non addo, quotusquisque enim est, cui ad manus non sint scripta GROENWEGENII, LEUWENII, BURGUNDII, SANDII, CHRISTINÆI, GUDELINI, VOETII, GROTII & BOECKELMANNI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0114
DFG

allucinari & nubeculas sibi fingere c), qui antiquitatum germanicarum ignari & hospites sunt in Jurisprudentia germanorum vetusta ac media.

§. XIX.

Speciatim evolvitur usus Collectionum Legum à Sec. V. usque ad Seculum VIII.

Quod hactenus generatim asserui de Jurium germanorum utilitate & non usu; id quidem nunc

c) Plures sibilo excipiunt veterum Germanorum Sanctionem, *quæ cædem nobilis, pecunia, sed furtum caballi, capite puniendum esse jubet.* Rident cum *celebratissimo AUCTORE Collationum Juris Saxonici prisci cum Legibus R.* hanc alii; verum ex antiquitatibus docuit ANT. MATTHÆI *de Jure Glad. c 3.* quod lex accipienda sit de homicidio commisso in duello, quod apud Germanos veteres fuit impune. Reliquiæ nec hodie evanuerunt. Pertinet ad illas in ditionibus *Lusatorum & Silesiorum* memoria der Ehren-Tafel, der Ehren-Gerichte, quæ instituta sunt a majoribus, ut de infamia injuriati, qui duello famam non vindicaverat, heroico judicio cognosceretur. Nuper *Lutetiæ Parisiorum* prodiit gallica lingva libellus *de stultitia duellorum*, cujus autor totus in eo est, ut digladiandi consvetudini minus rationali, consilia & rationum momenta opponat. Nemo vero curatius *veterum germanorum mores duelliticos* ex historia & Legibus descripsit, quam Dn CHRIST. GODOFR. CHEMNITIUS, qui in opusculis *de duellis germanorum eorumque origine & progressu*, succincte & erudite differuit de usu Monomachiæ apud Germanos, Danos, Suecos, Romanos, Italos, Gallos, Hispanos, Anglos, ejusque universa historia à seculis primis usque ad præsentissimum ævum, adductis simul exemplis & Legibus, qvæ vel pro illo stabilienda, vel plane eadem abroganda, seculo XII. seculo XIII. seculo XV. seculo XVI. & seculo XVII. editæ sunt & promulgatæ.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0115
DFG

nunc *speciatim* liceat comprobare ex singulis enumeratis fontibus. Prima Jurisprudentiæ Germanorum Epocha, relicto ævo, quo Cives solis usi sunt moribus non scriptis, auspicium posuit *in Legum Collectionibus à Seculo V. usque ad Seculum octauum seu carolingicum* d). Usus horum principiorum, ut quidem opinor, non est insignis in nostris civitatibus e). *Principio* enim Leges hæ antiquissimæ germanicorum populorum cuivis populo propriæ fuerunt potius, quam singulis communes. *Deinde* clericalibus nugis f), paganismis g), barbaris, correctis & interpolatis vocibus h), sunt refertissimæ; destitutæ vero Jurisprudentiæ argumentis pragmaticis & momentosis. De succes-

d) *Vide* §. 10. *p.* 55. 56. 57.

e) Consentientes citavimus §. 16. lit. z. Accedit assensus TITII *in Jurispr. Priv. c.* 3. §. 54. *& illustris Dn.* LEIBNITII *in Epistola*, quam *D. HENR. ERN. KESTNERUS* discursui suo *de Jurisprudentiæ principiis in paucula capita redigendis* affixit. *Mutata*, inquit, *penitus Republica, ad veteres Germanicarum gentium Leges redire, in quibus multum admodum sunt Barbariei vestigia, esset inventa fruge, glandibus vesci.*

f) Pertinent huc doctrinæ *de Asylis*, de *privilegiis rerum ecclesiasticarum, de excommunicatione, de Sabbatho* in Legibus *Allemannicis.* Ineptas Sacræ Scripturæ applicationes lege Tit. 14. c. 8. L. 2. Tit. 8. c. 17. L. 2. in *Legibus Bavarorum.*

g) Exempla collegit *SICCAMA in Notis ad Leges Frisionum.* Quibus accedunt specimina idololatriæ & superstitionis apud *CALVOERIVM* in *Saxonia infer. antiqu.* P. II. c. 6. & *FURSTENBERGIUM in monumentis Paderbornensibus.*

h) Disputant hic an vetustæ Leges latina lingua an vernacula

ſucceſſione i), de criminibus præcipue, de pœnis, de delictis k), de Morgengaba l), de matrimonio m), de hæreditate n), de ſervis o), agitur quidem prolixe; ſed ipſas has ſanctiones noſtro ævo, cui aptatæ non ſunt, facile quisque, qui legerit, deſuetudine & Legibus dixerit abolitas. Reliqua momenta continent fere multiplices ſolennitates p) eccleſiaſticas doctrinas

cula antiqua initio ſint conſcriptæ. Prius aſſerunt THOMASIUS *delineat. J. R. & G.* §. 82. *BAYERUS in Poſitionibus ad ff. Tit. II. num.* 344. *& STRUVIUS in H. J. cap. 6. pag.* 414. Poſterius meliori jure probant *ALTESERRA L. 1. rerum Aquitan. c. 9. SCHILTERUS præf. ad Jus Allemannicum* §. 13. *& HOFFMANNUS in Conjecturis Politicis pag.* 24. Conceptæ videntur vernacula, emendatæ a *Clero*, lingua, quæ dici ſolet, Literatorum.

i) Speciatim in *Lege Salica.* Cujus uſum & autoritatis interitum deſcribunt *BALUZIUS in Probationibus Hiſtoriæ Breſſianæ p.* 5. *OTTO FRISINGENSIS L.* 4. *c.* 32. *SIGONIUS de regno Italiæ L.* 8.

k) *Decretum Childeberti cap.* 5. *Tit.* 18 *cap.* 1. *Legis Salicæ. Tit.* 29. *cap.* 1. *Tit.* 60. *c.* 6. *L. R. Tit.* 4. *c.* 1. *L. Saxonum.*

l) *Titulus* 37. *Legum Ripuariorum. L.* 2. *Tit.* 1. *cap.* 8. *Legum Longob.*

m) *Titulus* 54. *c.* 1. *Titulus* 53. *Legum Allemannicarum* apud *BALUZIUM* p. 88.

n) *Titulus* 92. *Legum Allemannorum.*

o) *Titulus* 22. LL. Allemannorum. Adde mores de *hoſpilitate*, cui *Slavi* fuerunt deditiſſimi, apud HELMOLDUM *Chron. Slav.* L. 1. cap. 82. 84. & *in Legibus Burgundionum Tit.* 38. *c.* 1.

p) *Titulus* 59. c. 1. *Titulus* 72. *Titul.* 77. *Titulus* 81. *in Legibus Ripuariorum.*

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0117
DFG

nas q) Leges apparentes, seu vulgares probationes r) quas nemo forte, puto nec ipse *Schilterus*, in hodiernam

q) *Titulus* 3. c. 1. 2. 3. LL. *Allemannorum.* Titulus 1. cap. 7. LL. *Bajuvorum. REGINO in Append. Actorum Veterum p.* 636.

r) Plurimæ harum stipatæ sunt sacris ceremoniis, consecrationibus & exorcismis. Formulas solennes recenset BALUZIUS in T. II. *Capitul. Franc.* pag. 639. & FRID. LINDENBROGIUS *in Cod. LL. antiqu. pag.* 1299. Variant istæ conjurationes, variantibus judiciorum seu purgationum generibus, quorum in Legibus vetustis Germanicis Burgundionum, Gothorum, Bojorum, Anglionum, Saxonum & reliqvorum à *Seculo V.* freqvens fit mentio, accrescente in dies inter vulgus superstitione, quam sub tegumento *judiciorum Dei* plebs in religionem invexit. HIER. BIGNONIUS ad *LL. Salicas p.* 850. *GOLDASTUS T.* 3. *C. J. p.* 254. Dicuntur Germanico idiomate *Ortalia*, *Urtella*, inque recentiori ævo veniunt sub elogio *probationum vulgarium seu popularium*, quibus objecta crimina per Dei providentiam diluere, rerumque latentium dubia & veritatem occultam manifestare sibi persuasit vulgus. Recitabo modos in vetustis legibus & apud autores discerptim traditos, singulos conjunctim. *Prima* probatio contigit per ignem, per prunas ardentes, per chirothecas, per rogum, per ferrum candens & vomeres ignitos. CALVOERIUS *in Sax. Christ. & Gent. p.* 178. *D. GVIL. JUCH de modis probandi Innocentiam apud Veteres c.* 1. §. 2. *M. EBERH. RUDOLPHUS ROTHIUS dissert. histor. polit. de probatione per ferrum candens pag.* 6. *sq.* Excipit hanc purgationem probatio per aquam calidam & ferventem, das Wasser Urtheil, seu purgatio per Examen Caldariæ, vel ad ahenum, quod *Frisiis* dicitur der Kekelfang ab olla & cacabo. LINDENBROGIUS *in Legibus Frisionum* Tit. 3. §. 4. sq. *in Legibus*

ernam Rempublicam reducendas esse arbitrabitur, uti

bus Longobardicis L. 1. Tit. 9. §. 29. GREG. TURONENSIS L. 1. c. 81. *Tertia* est probatio sive judicium per aquam frigidam, die Wasser-Probe, quæ cito adeo non eviluit, sed adversus sagas apud Germanos & diutius in processu inquisitorio retenta fuit. Ex *Megapolitanis Annalibus* exempla conduxi ab an. 1649. *in Spec. Documentorum ineditorum Mecklenb. p.* 155. Olim & spurios liberos Germani per aquas veriti non sunt secerne à fœtu legitimo. M. CHRIST. GRUEBELIUS *disquis. de probatione liberorum per aquam pag* 7. *Quarta* probatio, qua in perjuriis, in casu negati debiti conjugalis & in causis hæreditariis usi sunt veteres, præcipue Franci, facta est per Crucem & exspansa brachia. Ipsum judicium, qvod sibi incompertum esse dicit BARONIUS T. IX. *Annalium ad a.* 806. diversimode qvidem SCHOTTELIUS, ROTHIUS, JUCHIUS & REGINO *L* 2. *Disc. Eccles. p.* 303. exponunt, sed omnium curate descripsit GRETSERUS Tr. *de Sancta Cruce* c. 21. p. 407. & UGHELLUS *in Catalogo Episcoporum Veronensium T. V. Italiæ Sacræ* p. 610. *Quinta* est probatio per offam judicialem seu caseum & panem execratum, ab Anglo Saxonibus nominatum die Kors-Nede. *BALUZIUS T. II. Capitul. p.* 654. *HACHENBERGIUS Germ. media diss* 3. §. 24. *pag.* 91. *Sexta* purgatio contigit per sortilegium sacrum seu sortis judicium, quod nostra ætas nescit, quæ simplici quidem æquitate ac ratione absque superstitione in herciscunda hæreditate, in distribuendis officiis, in suffragiis, in ludis, in lotteriis, inque ambiguis causis sortem divisoriam adornat, ideoque vel in eligendis rebus, vel constituendis Magistratibus, quin & demum in aggratiandis delinquentibus & puniendis præcipue per *decimatio-*

nem

quisque intellexerit ex superstitiosarum purgationum indole, cujus summam daturus sum in margine. Singula

nem, *Lege* publica a. 1642. sancitam, militibus desertoribus & locum non tenentibus, sortitiones quidem exules non esse jubet. BURGERS *in Obs. pol. Cent. 2. Obs. 65.* Verum vetusta sortis probatio inter criminis explorandi, detegendi, divinandique, & probandæ innocentiæ examina relata fuit & cum sorte fatidica, *divinatoria & consultatoria superstitiosa* plane coincidit. Instar religiosissimi vaticinii & Oraculi nunc illud sortis judicium institutum legitur atque latum ab Episcopis & Clero ex *aperto libro & Prophetarum ara impositio*, *nunc ex Inspectione Psalterii & Sacri Codicis*, *ex Globulis*, *tesseris in urnam vel hydriam conjectis*, præcipue ex *sortibus Virgilianis*, quas temere sibi finxerunt ex frugiferæ arboris virgulis & decisis surculis, ex virgis salignis, ex ligni tribus particulis albis & nigris & hujus generis divinationum aliarum fallaciis. TACITUS *de M. G. c. 10. LEX Frisionum Tit. XIV. AUGUSTINUS Libro 8. conf. cap. ult. CAMERARIUS Cent. 1. Hor. subcisiv. c. ult. VOETIUS disp. de sortibus aliisque nominis divini abusibus V. 2. §. 6. 70. WILH. ENGELBRECHT diss. de justo naturali ludendi in pecuniam §. 9. SCHELOGHIUS in Antiqu. Hebr. L. 2. diss. 4. Sect. 10. ubi de sortibus Sanctorum.* Sequitur *Septima* purgatio per cribrum, cui plebecula in explorandis furti autoribus nec hodie plane dicam scripsit. PETR. GREG. THOLOSANUS *Synt. Jur. universi. lib. 48.* MICH. FREUDIUS, *Civis Mecklenburgicus* in den Gewissens Fragen von Hexen qu. 3. *Octava* purgatio facta est per Evangelium Sancti Johannis, forte in odium *Alogorum* hæreticorum, quorum impietatem etiamnunc, puto, damnamus in formula, quæ Christi DEI filii meminit, Sacramentali seu juratoria: So wahr mir GOtt helffe und sein heiliges Wort.

SCHV-

gula certe invicem Legum veterum argumenta, si ad examen revocaveris; tum certe usum quidem Constitutionum

SCHUBARTUS *de moribus gentium circa fœdera Thes.* 29. *GERHARDUS* T. 3. Loc. 17. *de Evang.* p. 360. §. 48. MITTERNACHT *diss.* 6. *de Johanne superstite pag.* 86. *SIXTUS SENENSIS L.* 7. *hæres* 5. *p.* 749. *Nona* est probatio Innocentiæ per citationem ad vallem *Josaphat* seu per judicium extremæ provocationis *ad tribunal Domini.* Cujus memorabile exemplum referunt *Mecklenburgici* Annales de Consiliario *GRÜNDGREIFFERO*, qui apud Rostochienses in arena inaugurali de Archivis disseruit & spartam Archivarii ornavit in Curia Ducali. Noviſſime singulari libro *de Provocatione ad Judicium DEI*, *CHRIST. EBELINGIUS*, *Professor Rinthelienſis*, citationis hujus rationes & moralitatem, cum cura expendit & examinat, fabulosa tamen non satis circumspecte à veris ubique distinxit, credulus nimis est, & in *Capite de judicio ferri candentis* castitatem, si Diis placet, KUNIGUNDÆ & *Conjugis* Ottonis III. inter facta miraculosa retulit. Legi merentur BANGERTUS *in notis ad HELMOLDI Chron. Slav.* p. 189. *CHRIST. HEROLDUS in diss. de provocatione ad judicium in Valle Josaphat p.* 15. *QUENSTEDIUS disp. num. hæc provocatio concessa sit* §. 8. *GOTHOFR. THEOD. TRUBE diss. de mortuis ex affectibus* §. 6. & qui hujus purgationis exempla plura suppeditant BABTISTA FULGOSUS libr. 1. *Memorab.* cap. 6. BARONIUS T. II. *Annal. a.* 1059. KRANTZIUS lib. 4. Metrop. cap. 4. LAUTERBECKIUS im Regenten-Buch P. 5. cap. 4. *Decima* probatio est Feretri Judicium seu Cruentatio Cadaveris das Baar-Recht. Agunt de illa ex instituto LIBAVIUS, RHOTIUS, FRENZELIUS, & MULLERUS, illi in libris *de Cruentatione Cadaverum*, hic in opusculo *de Jure feretri.* Interesse addidisse SCHOTTELIUM

num Salicarum, Ripuariorum, Allemannorum Bavarorum, Burgundionum, Frisionum, Anglionum, Saxonum

LIVM *de singularibus Juribus in Germ.* cap. 3. §. 63. CONRINGIVM *de forma Judiciorum in Rep. instituenda* §. 26. & qui de causis physicis hujus cruentationis edisserunt, RIVINVM de spiritu hom. vitali c. 1. §. 18. HORSTIVM Op. T. I. p. 145. BARTHOLINVM *de sanguinis abusu* §. 8. pag. 146. RHODIGINVM in *Lect. Antiquis* lib. 2. pag. 61. KORNMANNVM *de miraculis mort.* P. 9. c. 23. WATSONIVM in *Synopsi Philos.* P. 3. p. 360. & plures, quos citavit ROTHIVS *Specim. de Cruent. Cadav. Sect.* 2. §. 2. - 12. Succedit *undecima* probatio, maxime usitata, per monomachiam, hoc est, per *duellum* & certamen seu judicium Campionis, dem Kampff-Recht. VISCHERVS de *judicio duellico pag.* 60. THOMASIVS *de Orig. Const. Crim.* §. 20. Germanice effertur hæc frequens purgatio das Wehading, Wehrding, das Wetteding. MARCVS VELSERVS lib. 5. *rerum Bojicorum* p. 103. Leges vetustæ refertæ sunt hujus purgationis solemnibus, & dubium non est, originem *probationis per duella* in ævo Miraculorum & superstitionis feraciſſimo veteribus Germanis facile conciliari, si ab illa distinxeris & *Originem duellorum*, quam *Cimbris* vindico, & Consuetudines ineundi certamina in gladiatoriis theatris, gymnicas pariter exercitationes & Torneamenta. Putat Consultiſſ. Dn. GERHARDI *diſſ. de Judicio Duell.* c. 1. §. 4. sq. hanc purgationem non contrariari æquitati & juri Naturali, cum deficiente probatione cessent judicia publica; sed velim expendat controversiæ momentum: *An fallaci campi judicio juste committatur determinatio culpæ & innocentiæ?* *Duodecima* probatio demum est terribilis adjuratio & perceptio sacræ evchariſtiæ, ad quam, Anchoræ, adinstar sacræ, facinorosi se receperunt, quoties destituti fuerunt

Saxonum & Slavorum non secus ac popularium Gothorum & Longobardorum, satis quidem manifestum

 esse

fuerunt sacramentalibus sive Advocatis Compurgatoribus, quorum numerus præcipue fuit, septenarius, ad quem proverbii sensus redit: Wer von sieben sagt, der läugnet gern. Relata olim probatio hæc fuit æque ac probatio crucis, ad purgationes *Canonicas*, quæ opponuntur *vulgaribus*; sed transiit utraque propter populi religionem in censum purgationum vulgarium, ut inter *Canonicas* igitur purgatio per juramenta seu Juratorium judicium & Sacramenta, utramque paginam compleverit, variis subinde adhibitis in Conjurationis actu religiosis ritibus, stipulis nunc versus cælum projectis, nunc *spatæ* h. e. gladii capulo prehenso, nunc tacto crucis signo, Evangelio ac Altari, quin & reliquiis cadaverum & tumulis non neglectis. Docent id HVNDIVS in *Metrop. Salisb.* T. 2. p. 267. speciatim Leges *Bojorum* Tit. 7. cap. 15. Leges *Allemannorum Tit.* 6. §. 2. Tit. 53. Leges *Longobardorum* Lib. 2. Tit. 55. §. 5. Leges *Frisionum* Tit. 3. § 4. & plures, quas STIERNHOECKIVS L. 1. c. 8. *Juris Sveo-Gothici* hoc ratiocinio dimittit, quod effictæ & introductæ sint a Clero, qui Monarchiæ cupidus, conscientiæ tribunal & juratorium judicium tantum non ubique finxit. Addo, quod docent *Capitularia*, Cleros paganos jurandi necessitati se callide demum subduxisse, &, quod desperatam causam admodum prodit, ad civiles causas sub Juramentorum specie Jurisdictionem prorogasse, ipsum Clericalem ordinem vero ab onere vulgari juratorio liberavisse, prætensa hac pietate, quod opus non sit ut Clerici juratores, libros evangelii tangant, cum Cleri ipsi sint evangelium. Confessus est hanc dignitatem SYMEON *Archiepiscopus Thessalonicensis cap.* 7. *de sacris Ordinationibus*

pag.

esse fateberis in explicandis historiarum, & Juris antiqui capitibus; sed exiguum plane in foris & hodiernis

pag. 173. quin dubium non est, eadem ex ratione *Auream Bullam* saltim præcepisse, ut Cleri fidem testentur per tactum pectoris, in cujus scrinio forte gerunt verbum divinum. JO. SARISBERIENSIS *Epist* 67. Res nobis hic saltim est de probationibus vulgaribus, quarum *de Eucharistia* species, ultimo loco recensita, hodieque superstes esse videtur in communi formula: Ich will das Abendmahl darauf nehmen. Lege TELLEZIVM *in Comment. ad Decret.* T. v. pag. 531. & *Venerabilem Abbatem* JO. ANDREAM SCHMIDIVM *de modo probandi innocentiam per Eucharistiam §.* 17. *sq.* simulque expende, qvæ scripta sint ab AGOBARDO *Libro contra judicium DEI T. I. Oper.* pag. 302. BECKMANNO *Tr. de judiciis Dei c.* 1. 2. & FRID. GEISLERO *in Tr. de probationibus vulgaribus.* Quæ copiose, sed temere adducuntur à CRUSIO in *Tr. de indiciis delictorum*, DELRIONE & aliis, pro defensione *Ordaliorum* ex *Veteris Novique Testamenti Codice*, utpote *Numerorum Capite V.* 1. *Sam. XXVI.* 19. 1. *Cor. XI.* 27. aliisque divini juris locis, prolixe discussa sunt ab aliis, ut iis quidem immorari operæ prætium non sit. Id saltim affero, quod sub regimine Francorum imperatorum, vulgarium harum veterum purgationum iniquitas agnita jam sit à cordatioribus, ut Cæsares de illis extirpandis laboraverint pedetentim ac finem demum obtinuerint sequiori ævo, protrita plane hac superstitione, quæ multorum animis insederat altissime. BALUZIVS T. II. *Capitul.* p. 1154. FRIDERICUS II. *Constit. Sicul.* L. II. Tit. XXXI. Dissentientes forte, qui obsoleta crepundia Majorum habent pro fidei-commissis, reponent, quod hæ probationes fuerint loco torturæ. Parum aberit, quin in hujus

ernis Rebuspublicis, ad quarum indolem nunc paucæ Leges in universa copia reperiuntur accommodatæ

hujus vices, cum tormentum æque sit fallax innocentiæ remedium, denuo restaurari cupiant probationes vetustas. At vero Leges *Salicæ & Bajuariorum* docent, quod nec ignoraverint veteres germani modum *inquirendi per tormenta* in delictis servorum. Confiteor tamen, torturam *abrogatis* demum *Ordaliis*, per Jus Canonicum in fora Germaniæ universim receptam fuisse; sed expeditum esse arbitror, *Torturæ* remedium procul esse ab omni superstitione veterum probationum. Nolo inficiari, sed largior vel exemplis ab OLDEKOPIO, ZIEGLERO, DOPLERO adductis, vel ex Annalibus Mecklenburgicis, speciatim notabili historia der Elster Messe convictus, Torturas summopere esse iniquas aliquando & sæpius fallaces; inficior vero *Ordalia* esse remedia Justitiæ consultiora, inficior abrogandam esse torturam, antequam consultius Criminale remedium est repertum. *Angli*, *Sveci* quidem, loco torturæ utuntur *testium depositionibus*, sed quotusquisque est, qui nesciat, quam facile testes corrumpantur & testimonii dictione nocentissimi liberentur à gladii judicio & capitali pœna. Quicquid demum sit, in votis habent cordatiores omnes, ut tortura foris proscriberetur; sed dic quæso, qui modus surrogari debeat in locum tormenti cum Justitiæ administrationis majori certitudine? Quod Antiquarius PETRUS ROSINUS adversus torturam differit, serio dictum non est. Prætulit Lapidem prope ecclesiam Mariæ, urbis Romæ, *qui dicitur Os Veritatis*, examini torturæ. Descripsit lapidem P. II. *del Mercurio errante* p. 20. quod habeat formam *d' una pietra rotunda*, *d' una bocca in quella li malfatri poneuano la mano per giurare supra qualche loro fallo per mano della Giustitia*. Ejusdem generis probationes inanes referunt

tæ s) ut queant hodienum pertinere ad Jurisprudentiam domesticam & forensem Germanorum.

§. XX.

runt CICERO & PEUCERVS *in libris de divinationum generibus*, ut & VALERIUS MAXIMUS *L.* 12. SVETONIVS *in Tiberio* & PLINIUS *in historia naturali.* Verum, rejectis paganismis & impostoris, præstat in dijudicando torturæ usu & abusu consuluisse *WILLEENBERGIUM* de *Innocentia per torturam purgata proœm.* §. 4. *Illustrem Dn. BORNIUM progr. an fas sit in Rep. Christ. tolerare torturam. p.* 3. *sq.* D. BERNHARDIUM *diss. Thomasio præside ventilata de tortura ex Christianorum foris proscribenda c.* 2. *Consultiss. Dn. D. FRIESLEBENIUM Tr. de tortura caute adhibenda p.* 16. *Illustrem JC. GRIBNERUM diss. de repetitione tormentorum, confesso infitiante p.* 3 *sq.*

s) In alium sensum non scripsit GEORGIUS BAYERUS *in Præfatione Delineationis Juris civilis* §. 3. quæ mox sequntur: *Jus Germanicum antiquius perquirendum esse, verissimum est, quantumcunque etiam rideant delicatuli, quos nescio quid asperum & incultum in verbis offendit, quasi phaleratum dicendi genus & corrupta Verborum lenocinia requirantur ad Imperantium voluntatem subditis aperiendam. Simplex dicendi genus ab indoctis etiam percipitur & Legum intentio esse debet, ut omnibus subditis quam maxime innotescant, etsi quidem Causidicis LL. germanicarum contenta simplicia displicere debeant, quia captationibus rarissime sunt exposita & quod artes illorum, his admissis, prope vilescant. At hodie non metuendi sunt sinistri in jure patrio successus postquam Schilterus satis ostendit, esse in Legibus Germanicis plura Laborem Eruditorum exspectantia, si modo ultra Collegia Præceptorum sapere non alicujus laboris esse putarent. Densam Ignorantiæ segetem peperit communis opinio, Leges Saxonicas & allemannicas multo magis antiquiores nullius esse usus nisi quousque receptio hodierna probetur, quod falsum esse probavi ex Constitutionibus Electoralibus.* Plures consentiunt supra p. 96. lit. Z. p. 106. sq.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0126
DFG

§. XX.

Dicendum idem hoc est de usu Legum scriptarum Juriumque Germanorum, *Capitularium Francorum, & Sanctionum Cæsarearum*, quibus & *secunda* & *tertia* Jurisprudentiæ Germanicæ epocha innititur. *Illa* à seculo *octavo* progreditur usque ad *decimum*; a) *hæc* vero à decimo pertingit usque *ad decimum tertium*. b) Indubia res est, habuisse has Sanctiones publicas, non quidem ac collecti mores à primis seculis mox recensiti (x), sua origine vim saltim popularem

De Legum à Sec. VIII. usque ad XIII. usu superstiti examen.

Q Juris

a) *Vide* §. 11. p. 58. sqq.

b) Quod dictum est §. 12. p. 61. sqq.

(x) Literis expressi hi sunt & deinceps collecti Cura populari & privatorum. Inde originis intuitu & promulgationis jure, vim habent consuetudinariam, indubie vero juris scripti seu sanciti naturam indepti sunt, ex quo illos in sua collectione *Carolus M.* stabilivit & promulgavit. Testis est EGINHARDUS *in Vita Caroli M. cap.* 19. quod Cæsar vetustas Leges anterioris ævi describi & conjungi jusserit cum Carolingicis. Late id cecinit POETA *ævi Carolingici, in vita Caroli M.* apud REINECCIUM nec non LEIBNITIUM T. I. S. B. p. 168. ita quidem:

In Scriptis antiquas Leges correxit, in ipsis
Uniri mandans dissona, qua fuerant.
Addidit his etiam, qua congrua duxit,
Pauca quidem numero, sed valde utilia.
Cunctorumque sui regni leges populorum
Collegit, plures inde libros faciens.

Concinit FELIX FABER, *Monachus Ulmensis*, L. 1. *Hist. Suev.* c. 3. & suffragantur GOLDASTUS T. II. *Rational. ad*

Juris non scripti & consuetudinarii; sed mox authenticam Juris scripti & legislatorii; c) quin habere etiam-

ad T. II. Const. Imp. p. 385. LINDENBROGIUS *in Praef. ad Codicem LL. antiquarum*, etsi eorum meditationes lima indigeant, docente CONRINGIO de O. J. G. c. 13. p. 51. & HOFFMANNO *de Orig. LL. veterum* p. 76. Postcarolingico *aevo*, quo Carolingicorum Cæsarum facta & autoritas cum ipsa stirpe interierunt, scripti juris vis Legum domesticarum veterum pependit à suffragio & confirmatione Cæsarum *Germanicorum*. Vide Paragraphum §. XVII. lit. d. simulque volve, quæ scripta sunt à CONR. SINCERO *Epist. diss. §.* 8. THOMASIO in *Delineat. Historiæ R. & G. §.* 83. & BAYERO *in Posit. ad ff. L.* 1. *Tit.* 2. *n.* 348.

c) Solus, quem scio, ANONYMUS *Diatribes Antikulpisianæ Sect.* II. §. 14. *Sect.* III. *§* 4. 5. 6. lapsus est in contrariam assertionem, calculo Ictorum prorsus indignam, nec historiæ, nec Cæsarum imperio, nec legislatoriæ potestati sua tribuit. Integrum locum exscripsit DN. HARPRECHT *in Spec. Svev. non usu moderno pag.* 141. forte ut dissentientis rationes inconcinnæ oculos omnium mox subeant. Asserit *Anonymus*, Capitularia Carolina non habuisse vim juris scripti, ideoque nec valorem nisi ex observantia. Peccat hic autor vel ex protervia, vel ex insciția, utroque casu temere impugnat Sacra Imperantium, qui Leges promulgant in vim Juris scripti, adeo ut illæ subditos obligent vi Legislationis. Dubii nonnihil movere potuisset, si assertionem ad ævum postcarolingicum restrinxisset, addita fide, eviluisse *vim Legum Scriptarum* Capitularium cum interitu sobolis Carolingicæ. Verum & hæc assertio nec universim procedit, nec abrogatoria Lege probatur, quin potius repellitur tot Cæsarum postcarolingicorum edictis & Legum publicarum, privatarum

etiamnunc in variis argumentis desuetudine nondum exstinctis & Jurium Scitis hodieque applicabi-

rum civilium & ecclesiasticarum confirmatoriis. Confer *Illustr. Dn.* HOFFMANNUM *in præf. ad Bayerum* §. 13. in f. Ipse dissentiens inficiatus non est, Cæsares postcarolingicos Jura subinde confirmavisse; sed nihilominus autoritatem scriptarum Legum Cæsareis Sanctionibus denegat, dictatoria, nulla plane adducta ratione curatiori. Adstruit, Cæsarea Edicta ideo non esse *jura scripta*, quia alias REPKOVIUS *in Prolegomenis Speculi Saxonici dicere non potuisset, se primum Jura Saxonica scripto comprehendisse.* At satis non capio hic elogium speculatoris, quem ipse *Autor* alias merito pungit. Scriptas Leges *Icti* non vocant collectas & literis depictas; sed regia autoritate sancitas & promulgatas. Jus Longobardicum *scriptum* est, sed cum privato studio Consulum Mediolanensium sit compilatum, consuetudinarium saltim dicitur, non scriptum, non sancitum. Idem dicendum est *de jure feudali Mecklenburgico*, quod privata Cancellarii HUSANI & denuo domestica *Cancellari* COTHMANNI industria delineatum fuit, sed quæso quis Ictorum illud vocaverit *jus scriptum* in sensu legali? Quærerem ex dissentiente, an *speculum* haberet pro *Jure scripto & authentico.* Grammaticus hoc facile dixerit, sed Jureconsultus sibilo excipiet *speculatorem*, cujus doctrinæ, si quæ superfint, fidæ, vim nullam habent nisi consuetudinariam, usum nullum, nisi observantia stabilitum. Sit ita, pace mea, scripsit *Repkovius* codicem Legum, compilator est, non Legislator. Scripserunt vero & Cæsares Germanici, quin EGINHARDO *supra p.* 59. & 114. commemorante, *Carolus M.*, vetustas Leges æque in Codicem descripsit; sed scriptura hæc literalis saltim non est, est publica & authentica. Binæ, quibus

libus, valorem originarium communem forensem & pragma-

quibus Dissentiens utitur, conclusiones, plane sunt proletariæ. Prima est, *Judices post Caroli M. tempora legendi scribendique plerumque fuisse imperitos, scriptas & igitur Leges fuisse nullas, cum juxta illas non poterat pronuntiari.* Regero: Non ignoravisse judices, si qui & fuerint analphabethi, Leges & observantias, quarum autoritatem vis rationis Autoris tam frustra impugnat, qvam temere cæcus inficiatur existentiam & usum lucis. Id certum est, abiisse Cæsarum Capitularia & utriusque ævi Leges, mutato rerum ordine, sæpius in desuetudines; quin postcarolinis ævis Judices cœpisse judicare præcipue ex naturali æquitate & longi temporis observatis moribus, sine scriptura in Reipublicæ indole validis; verum hæc omnia neutiquam evincunt, Cæsares de voluntariis Legibus non cogitavisse, & Leges forte scriptas propter ruditatem judicantium non habuisse vim Juris Scripti, in sensu, qvem Autor omnino intellexit, juridico. *Altera* conclusio, qva ipse concludens sibi non satis constat, hæc est: *Confirmavisse quidem Cæsares Germanicos, Capitularia, Carolingica, Albertum vero an.* 1438. *& Maximilianum, Jura postcarolingicorum Cæsarum approbavisse, sed has approbationes accipiendas non esse de Legibus scriptis priscis, verum de avitis moribus.* Rudis admodum hæc est traditio, quam *Auctor* novo falso auget, dum fingere non erubescit: *Maximilianum opus non habuisse, speciali formula jura consuetudinaria exprimere, si in vigore perstitissent unquam Germaniæ Leges scriptæ.* Idem est, ac si dixisset: *Jura scripta Germanorum propterea in usu non fuisse, quia recentiori ævo Cæsares usum illarum propugnarunt.* Dabo dissentienti: *Cæsares mores domesticos non scriptos salvos esse perpetim voluisse*: idem hoc est, acsi Leges nominavisset, qvæ mores per se quidem validos, sed superiorum

suffragio

pragmaticum ; d) Verum utrinque & illud addendum est, quod in plerisque capitibus, exulante *judiciario* usu, *doctrinalis* fructus superstes saltim resideat, varia & delitescant momenta, quæ Legum harum pretium & famam, simul ac hodie præsentiam reposcunt,

suffragio majori nunc dignitate plerumque exponunt. Jus Consuetudinarium suo jure non est obligatorium, avthentica vero autoritate instructum est, simulac fit legislatorium. Idem quis est, qvi deneget Legibus scriptis Procerum voluntariis, vel præter mores & observantias, vel juxta easdem statutis, utpote Capitularibus & sequioris ævi Cæsarum Sanctionibus ? Solus BALUZIUS in *Præfatione ad Capitularia* §. 21. - 35. & L. 6. cap. 366. satis contudit nænias, quas valori communi Capitularium opponere sueverunt historiarum ignari.

d) Carolingico ævo Capitularia *Vim Juris scripti* habuerunt jure legislatorio. Post carolingico ævo non jure pristinæ promulgationis eandem, sed jure confirmationis exseruerunt in Imperio Germaniæ, illa tamen sub cautione, ut statuum Legumque metamorphosin & desuetudinem in variis argumentis nulli inficiemur. Idem dicendum est de Francorum, Saxonum & Salicorum Cæsarum Sanctionibus, quæ in Imperio habuerunt vim obligandi communem ipso jure comitiali & promulgationis. Disserunt de harum valore GOLDASTUS, KULPISIUS, WERLHOFIUS & plures. De Capitularium vero autoritate post *Baluzium* legi merentur, qui interruptum illorum usum diutius propugnant, IVO P. 4. cap. 176. CONRINGIUS de O. J. G. c. XIV. PETR. de MARCA L. 5. *Hist. Bearn.* cap. 2. §. 7. &, cujus collectio Capitularibus abundat, GRATIANUS *L.* 2. qu. 1. c. 37. *Dist.* 10. c. 9. & 2. qu. 7. c. 41.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0131
DFG

scunt, destruunt facile, vel certe minuunt. *Capitularia*, quæ compositis Germaniæ populis magis in regni

e) Faciunt huc Capitularia Caroli M. & Ludovici, *de partibus Saxoniæ, de Missis regiis & Comitibus*, hujusque generis aliis momentis. HERTIUS in N. V. R. F. c. 5. pag. 406. Si fides fuerit BALUZIO, solus *Carolus M.* præter additiones ad Leges veterum Germanorum, plusquam *sexaginta constitutiones, publici præcipue argumenti*, paulatim edidit & promulgavit. Dissentit BARONIUS *in Annal. ad a.* 801. sed pro more, temere, præcipue cum fingere audeat, Capitularium pleraque Pontificum *autoritate* fuisse condita, quasi unqvam potestas Regum Francorum *in legibus ferendis* à Papa ac Episcopis jure pependisset. *Baronium* secutus est JAC. GRETSERUS, utrumque confutavit BALUZIUS d. *præf.* §. 9.

f) Docuit hoc ANT. AUGUSTINUS L. 2. *de Emendatione Gratiani, dialogo X. p.* 447. ut & *PETR. de MARCA L. 6. de Concord. Sacerdotii & Imperii c. XXV.* Poterit ex horum assertis emendari CONRINGIUS & edoceri, qvod fontes Capitularium sæpius fuerint concilia Episcoporum *Moguntina, Parisiensia, Vormaciensia.* Numerum Synodorum ex COINTII *Annalibus Francorum* exhibuit HERTIUS *in Notitia Vet. Francorum regni c.* 5. §. 12.

g) Refer huc Capitularia *de Jure Patronatus, de voto liberos in utero dicandi vitæ monasticæ, de poenitentia ecclesiastica, de autoritate Clericorum, de Jurisdictione Episcoporum in personas ecclesiasticas, miserabiles & viduas, de pœnis in reos statuendis, de excommunicatione*, quæ crudelem sub Pipino in *Synodo Vernensi* habuit effectum. Adde *Epistolam increpatoriam* apud BARONIUM T. 1. p. 414. & Constitutiones *de Episcopis Inspectoribus Judicum Secularium, de Advocatis Ecclesiæ, de Jurisdictione superiori & Seculari in Clericos, de quibus OCKELIUS* in

Tr.

regni formam, regia autoritate collecta & promulgata sunt, quam plurimum ad *statum publicum* e) Carolingici

Tr. de *Palatio regio* §. 48. pag. 43. WEHNERUS *Obs. Pract.* lit. V. p. 484. SCHILTERUS *de Lib. Eccles. Germ.* L. 2. c. 4. §. 5. p. 154. & CONRINGIUS *de judiciis Reip. Germ.* §. 32. Speciatim hic locum sibi deposcunt *Leges Ceremoniales & forenses Judaicæ*, quas Clerici vel ex ignorantia vel ex malitia ad fora Christianorum prospero adeo successu applicuerunt, ut causas Matrimoniales non solum pro Spiritualibus, & Præsentiam Parochi ejusque connubialem Benedictionem pro institutis divinæ Legis venditaverint; sed Imperantibus adeo persuaserint, decimarum solutionem esse juris divini. Quæ ad Politian Judaicam spectarunt, illa Cleri *juris divini positivi universalis* esse callide docuerunt, forte & posteris imposuerunt, quod docent Dn. TREUERUS *ad Pufend. de O. H. & C. pag.* 69. *THOMASIUS in Hist. Juris Nat. præf. p.* 14. *sq. LUDOVICI, REIMANNUS, BUDDÆUS, STOLLIUS, LAUR. REINHARD, GEO. ANDR. VINHOLD in Hist. Juris Naturalis.* Ipsa astutia vel certe ruditas causa est, qvod pariter usurarum præstationem Legibus divini juris adversari statutum sit *in Capitulari Aquisgranensi de a.* 789. *c.* 5. quod *PETRUS de MARCA L.* 2. *de C. S. & J. c.* 12. Breviarium Juris Canonici appellat. Ratio interdicti petita est ex Concilio Niceno, ex Decretis Papæ Leonis, ex Canonibus suppositiis Apostolorum, & præcipue ex *Lege forensi Judæorum, Exodi capite XXII.* 25. Facile error iste, *judicante illustri Dn. HOFFMANNO in Conjecturis de LL. Germanicarum Origine p.* 81. *lit. d.* condonandus est seculo stupido; sed nostris neutiquam temporibus, qvæ instructa sunt tot præsidiis veritatis etiam in hoc argumento, ut in simpulo moveret fluctus, qui etiamnunc dubitaret de justitia usurarum

cum

rolingici ævi respiciunt, causis & Legibus ecclesiasticis f) abundant, Jurisprudentiæ sacræ g) argumenta

cum juxta jus *divinum*, tum jus *naturale*, *civile* & *Germanicum*. PUFENDORFF *de J. N. & G. Lib.* 4. *cap.* 7. CANGIUS in Glossario Voce *Coarcini*. Qui jura judæorum opponunt, reipublicæ hebræorum indolem, mores & fines non assequuntur, nec genuinis historiæ judaicæ & exegeseos primis præsidiis ad loca obmota accedunt, satis diutius à SELDENO L. VI. *de J. N. juxta disciplinam Hebræorum cap.* 9. *pag.* 749. & novissime à *celeberrimo Ictο Batavo D. GERHARDO NOODTIO in Tr. de fœnore & usuris L.* 1. *c. IV.* à dubiis multiplicis generis liberata. Alii cum *Patribus* doctrinam Christi: *Mutuum date, nihil inde sperantes*, satis curate non perpendunt, regulas *justi & amoris* confundunt, & quod *Salvator* de amore in casu indigentis debitoris intellexit, generatim intelligunt & ad justum applicant, ut demum *pro pravitate usuraria, pro improbo fœnore accipere videantur omnem usuram*, hoc est, *fœnus omne seu Mercedem pro usu pecuniæ, quam creditor juste requirit a debitore etiam paupere*, non saltim in merum lucrum & emolumentum, sed & *in compensationem periculi*, quod creditor sustinuit. *HONORATUS LEOTARDUS de usuris & contractibus usurariis coercendis in f.* JAC. GAITTIUS *Tr. de fœnore & usuraria trium coatractuum pravit. p.* 81. *sqq.* GUIL. GOTHOFRED. LEIBNITIUS de proportione usurarum & interusurio simplici *in Actis Erud. A.* 1683. *p.* 425. Soli Pontifices, ut pii viderentur, æquitatem fœnoris impugnarunt, & *in Jure Canonico* usuras anathemate feriunt; sed frustra saltim & callide, cum plures contractus usurarios palliatos censiticos, remuneratorios, retrovenditionis, emphyteuticos, antichreticos, & annuos reditus illarum loco blande receperint, quin etiam usuras per modum ejus quod interest,

menta augent, disciplinam ecclesiasticam, h) officia

Clerico-

teresť, etsi non per modum lucri, exigere permiserint, adeo ut Pontifices & hic Impostorum partes egregie tueantur. JO. CLOPPENBURG de fœnore §. 19. CHRIST à HAGEN Tr. de Usu Usurarum pag. 90. AUG. LEYSERUS *Spec. de Usuris palliatis §. 1. pag. 6.* Multis exemplis laruam palliumque usurarium Juris Canonici doctrinis detraxit *illustris THOMASIUS in Notis ad Lancellottum L. IV. integro Titulo de usuris*, etsi in eo fallat, quod ultimas adversus usuras constitutiones existimaverit fuisse *Clementinas.* Non desierunt post *Clementem V.* Pontifices, illum hæreticum nominare, qui vel adfirmaverit, usuras exercere non esse peccatum & animæ exitiale. Docuit id CHERUBINUS T. II. *Magni Bullarii Romani p. 1.* ubi adversus cambia usuraria & usuras, *Pii IV. & Pii V. & Sixti V.* interdicta exhibuit. In aliis usurarum controversiis, præcipue & antiquitatibus consuluisse expedit *HOTTOMANNUM, SCOOCKIUM, GRONOVIUM, MOLINÆUM, SALMASIUM, HEINSIUM & DONELLUM in Libris de Usuris.* Sigillatim novissime dubia, ex divini humanique Juris fontibus usurarum solutioni obmota, laudatissimo studio erudite diluit *Dn. Drd. HEINRICUS JOH. PETRUS WEIDENERUS diss. de eo quod justum est circa usuras § 18. sqq.*

h) Docent annales hujus ævi, quod Cleri convivus & poculis vacantes ruerint in mores pessimos. Veneri & Bacho litarunt, desidiose nocturnis vigiliis interfuerunt, in *Calendariis* vero conventibus oleum perdiderunt integra nocte, ut demum in proverbium abierit de Clero sordido, temulento, Cererisque & Bachi alumno: Er kalendert, er macht bunte Kalender. RHETMEYERUS in *Antiquit. Eccles. Brunsvic.* P. 1. c. 12. p. 152. Dn. KEYSLERUS in *Antiquit. Septentr.* p. 359. Disponunt igitur Capitularia *Caroli M.* & *Ludovici*

Clericorum, i) immunitates Ecclesiarum & Canones

Ludovici, ut Cleri, DEO, non conviviis litent, ut officiis, non manducandi & bibendi otiis indulgeant, ut venationes omnes & sylvaticas vagationes, quæ canes, accipitres requirunt, plane fugiant pariter ac pugnas omnes, arma, bella & enses. Surdis vero narrata est fabula; in sicco non didicit mox anima Clericorum habitare, qui Scyphos uno haustu epotitarunt diutius & ad repurgata usque Sacra in *festis Calendariis* seu mandibilibus, quasque calendas auspicati sunt & finiverunt potu, facetiis, sordibus & vitiis decembricis. Ex *Holsatiæ* Annalibus figillatim id docuit *D. MUHLIUS Diss. Histor. Theol. pag.* 88. Ex *Græningensibus* documentis idem evicit *Dn. LEUCKFELD Antiquit. Græning. p.* 134. *Brunsvicensia* monumenta evolvit *RHETMEYERUS d. l. p.* 158. & alia plura reperiuntur apud *FELLERUM in oratione de Calendariis fraternitatibus* & *D. BLUMBERGIUM* in der Abbildung des Calandes. In Megapoli olim *Calendariis societatibus* non infima diu fuit autoritas, uti vel facile vetusta prosapia Nobilium *de Kaland*, & etiamnunc memoria in Civitatibus hujus nominis innuunt. Speciatim huc pertinet *Episcopi Sverinensis de prohibitione Kalendarum & fraternitatum ROSTOCHIENSIUM documentum anni* 1367. quo *propter plurima pericula utilitatis publicæ* Cleri, Laici, Cives & fœminæ his conventiculis interdicuntur. Debeo illud humanitati *Viri Magnifici, Summe Reverendi & Doctissimi Dn D DAVIDIS HENRICI KOEPKENII, excellentissimi in patria Academia Antecessoris.*

i) Vide *Capitulare Aquisgranense anni* 816. *Capitulare anni* 817. *de vita & conversatione Monachorum, seu de regula sancti Benedictini, qui Monachorum primus autor est.* Dici nequit in transcursu, in quotuplices impios mores vita & munia Monachorum degenerarint. Monasteria certe hoc ævo fuerunt homi-

nes k) sollicite exponunt, sed Jurisprudentiæ civili privatæ & seculari raro vel haud sufficienti ratione inserviunt. Singula hæc nostra ætate otiosa sunt placita, quæ usum judicialem non ingrediuntur, pariter ac illa, quæ de conditione Indiciorum l) in

hominum in utroque sexu impiorum receptacula. SPANHEIMIUS *H. E. Sec. VI.* n. 13. p. 1147. Notat alicubi TENTZELIUS *in Colloqviis menstruis anni* 1692. quod Clericis prohibitæ fuerint his ævis conversationes cum sexu sequiori. Addit documentum *Ottonis primi Ducis Brunsvicensis de* a. 1234. prohibitorium, ne Monachi & Moniales in eodem loco degant. Erudite inde conjicit, in fraudem inventæ Legis Cleros nunc sibi consuluisse *societatibus sororiis Calendariis*, quas celebrare cœperunt sub specie religionis. Idem docet D. WAGENSEIL *Exerc. de Monialibus* § 44.

k) Refer huc *Leges ecclesiasticas* à Carolo M. in Conciliis *Regiuensi*, *Ratisbonensi & Francofurtensi* latas. Tum & articulorum fidei immixtiones & Canonum instituta ex ALBINIANA & DIONYSIANA collectione præcipue renovata & recepta. *BAYERUS in Pos. ad ff. L. I. Tit. II. n.* 352. *MASTRICHT in Hist. Juris Eccles. p.* 53. Adde speciatim *Capitulare Wormatiense* & *Ingilenheimense* de præscriptione rerum ecclesiasticarum, præcipue Capitularia *Ludovici Pii* & *Caroli Calvi*, quæ ubique spirant prolixum in bona & personas ecclesiasticorum favorem.

l) Agunt de hac *FRID. OCKELIUS in Tr. de Palatio Regio seu Scabinatu p.* 75. & *BRUMMERUS in docta Exercitatione de Scabinis.* Judicii *centenarii* rationem exposuit *SCHOTTELIUS de Singul. quibusdam in Germania Juribus* c. 7. p. 209. Cui vero placuerit, de origine, fine, indole, progressu, & interitu liberi & arcani *Judicii Westphali seu Vehmici*, quod in stupendos abusus, in Criminalibus præcipue, degeneravit,

Capitularibus recenſentur, ne plura addam, quorum uſus vel cum ipſa Carolinorum gente in veſtibulo novi regiminis Cæſarum Germanicorum interiit, m) vel

ravit, curate inſtrui, adeat *Virum excell. JOH. BURCH. MENCKENIUM diſſ. de Feimeris p. 2. ſq. DATTIUM de PP.* L. 4. c. 2 3. 4. - 8. *BOECLERUM* de *Jud. Rothvilenſi Th.* 3. *FREHERUM in Tr. de occultis Judiciis* p. 16. ſq. Jurisjurandi formulam Scabinorum Feimicorum, in quorum arbitrio & fide omnis juſtitia ſubito acquievit, exhibuit HERTIUS *Opuſc. Vol.* 2. T. 3. p. 426. Alia momenta, & qua ratione demum hujus generis judicia poſt *promulgatam à Carolo V. Conſtitutionem criminalem* eviluerint, expoſita reperiuntur apud *Celeberr. Dn. MULLERUM* im R. T. *Theatro ſub Friderico V.* P. I. c. 9. p. 197. & *illuſtrem THOMASIUM diſſ. de vera origine, progreſſu & intentione Judic. Weſtphalicorum §.* 28. Ex hiſtoria Slavorum *Mecklenburgenſium* pertinet huc locus *HELMOLDI in Chron. Slav.* L. 2. ad a. 170. ubi agitur de *Gunzelini* mandato, quoscunque Slavorum incedentes per avia, captos ſtatim ſuſpendio jugulare. De *Francis* idem teſtatus eſt *GREGORIUS TURONENS.* L. 7. c. 32. ubi ſimul docuit, proceſſum inquiſitorium his ævis incognitum adeo non exſtitiſſe, cum & Rex *GUNDEBALDUS* quæſtionibus ſeu torturæ locum indulſerit, & ſpeciatim delinquentes ad trochleam extendi, ſanciverit. *Vide ſupra pag.* 119.

m) Præcipue in Provinciis Principum ſigillatim. Hi etenim, cum nunc poſtliminio illis reſtituta eſſet ſuperioritas territorialis, Capitularia facile neglexerunt, utpote condita in ævo libertati Ducum adverſo. Indubie huc reſpexit BALUZIUS *in Præfatione Capitularium*, ubi Numinis Divini iram annuntiat illis, qui veriti non ſunt, nomen Francorum, quod Patribus glorioſum fuerat & illuſtre,

vel sensim n) in Germaniæ foris legalem autoritatem ultro dereliquit. Quod Constitutiones Leges Cæsareas *Postcarolingicas* ad seculum usque decimum tertium attinet; multæ illarum vel ad Cæsarea saltim territoria (o), vel ad Italiam spectant (p) pleræque

stre, una cum Regum capitularibus repudiare. Aliud dicendum est de Episcopis, quorum intereat refricare memoriam Capitularium. Præcipue Imperatores Germani consulta ratione sæpe ad *Antecessorum Francorum* Leges cives suos revocarunt & remiserunt, ut simul viderentur sibi aliquid arrogare ex formula regiminis *Francici imperii*, quod ideo continuare nunc sæpius optarunt, cum tot limitationibus circumscriptum non fuerit, quam nunc quidem germanicum. Facit huc Decretum *Ottonis M.* Francofurtense *de a.* 972. quo Reges Francorum salutantur *Prædecessores*, & Capitularia in plurium conventu commendantur. *REGINO in Tr. de discipl. Eccles. Append. I. THOMASIUS Delin. Hist. J. R. §. 86.* & qui *Reginonis* fidem examinat, *CONRINGIUS de O. J G.* c 17.

n) Recte ita sentit *ENGELBRECHTIUS in Comment. de Necess. J. G. p. 35. Quamvis*, inqvit, *capitularia juris communis vim olim in germania habuerint neque statim decimo vel undecimo usus illorum, uti plerique putant, interierit; attamen autoritatem sensim sensimque in foris desiisse, in confesso est.*

o) Ex *Henrici Aucupis* historia doctrinam firmat *LUDEWIG diss. de Henrico Aucupe* c. 3. §. 9.

p) Docent hoc Leges in *Campis Roncaliis* seu locis editioribus latæ a *Conrado II. Henrico Sancto*, *Friderico I.* quibus nulla in Germania vis est, nisi constet, quod Germanis Principibus præscriptæ sint, eorumque suffragiis munitæ. *Longobardis* imprimis à *Fridericis* latæ sunt Sanctiones, quæ neque privati

vero publicum Reipublicæ ſtatum neutiquam egrediuntur, ſed comitialia complexa ſunt argumenta, politica & Imperialia (q), quorum ſingula nondum fidem habent omni exceptione majorem (r). Pauca horum ſunt, quæ Jurisprudentiæ privatæ limites attingunt & civium negotia ad Juris cynoſuram revocant, ſine dubio, quia in ſingulis Provinciis Principibus ipſo jure relicta erat cura Legum privatarum (s) quin & poteſtas territorialis, derogandi Legibus, ſi juris privati nonnihil in publicis campis fuiſſet definitum

vati juris civilis ſunt, ſed juris feudalis. ÆNEAS SYLVIUS & BOEKLERUS *in Vita Frid. III.* p. 23. 132. OTTO FRISINGENSIS *L. 2. de geſtis Friderici c. 2 apud Urſtiſium* R. G. T. I. p. 454. Videri meretur Dn. FRANCKENSTEIN *diſſ. de Maicampis & Roncalis.*

q) Exempla hujus generis negotiorum vide *in Rebus Laudenſibus* apud *LEIBNITIUM* S. R. B. T. 1. p. 803. Plura illorum oras Romanorum non egrediuntur. KULPISIUS *diſſ. de Autorit. Veterum LL. §. 67.* *SIGONIUS* L. 8. *de Regno Italiæ ad a.* 1026. Quæ vero ad Germaniam ſpectant, terminum plerique ponunt in ſtabilienda publica pace & definienda pœna violatorum tranquillitatis. *Celeberr. Dn. PFEFFINGER in Notis ad Vitriarium L. I. Tit. 2. §. 9* *GOLDASTUS* T. 3. *Conſt. Imperialium f.* 367. & *WERLHOF. Spec. I. de Jure Germ. Univerſali p* 90.

r) Expedita res eſt, ſi examinaveris plures Sanctiones, quas GOLDASTUS dubia fide libris ſuis inſeruit. *Adolphi Leges*, *Caroli Craſſi* conſtitutio *de Romana expeditione*, *Fridericorum* & plurium Cæſarum decreta adulterina aſſertionem manifeſte comprobant. *CONRING de O. J. G.* c. 17. p. 89.

s) *GIOVANNI Germ. Principe* c. 1. §. 31. *COCCEJUS Jurisprud. publ.* c. 15. *Sect.* 3. §. 53.

tum (t). Conjiciunt ideo Jcti & Hiſtorici, quod in Judiciis germanorum poſt Carolinorum tempora jura conſvetudinaria proram puppimque certe abſolverint, morumq; major ratio quidem fuerit, quam ſcriptarum Legum, quas Judices ſimplici æquitate (u), cives vero jure manuario (v) in his ſeculis fere ſuperarunt. Accedit, quod Jurisprudentiæ hujus epochæ pars inſignis compoſita ſit ad mentem clericorum, qui ordinem judiciorum, mores & conſvetudines patrias, pontificiis rationibus & doctrinis ſæpius inſtruxerunt, quin denique ſecundum *Canonum ſeu Decretorum & Juris Pontificii ſeu Decretalium* regulas, ultimo hujus Epochæ ſeculo, nequidem erubuerunt publice inno-

t) HERTIUS *diſſ. de Super. Territ. §.* 25. *AUTORES* citati p. 80. 81.

u) THOMASIUS *in Hiſt. Juris Civilis R. & G. §.* 105.

v) Germanica voce nominatur *Faida*. Vide *CAPITULARIA Caroli Calvi Tit.* 14. *n.* 4. *Caroli M. Cap.* 6. *n.* 12. Diutius hæc vindicta invaluit apud Germanos, qui ſolennibus literis diffidationum invicem ſe convocarunt in arenam. DATTIUS *de P. P.* L. 4. c. 1. n. 103. Dedit hæc jurisprudentia gladiatoria, cui nulla medela diutius ſuffecit, *judicio Auſtregarum & Compromiſſorio* occaſionem, inter honoratiores præcipue. *CASP. à LERCH de Ordine Equeſtri Germ. fund.* 2. *n.* 94. *CONRING de Judic. R. G.* c. 27. Tanta ſane fuit Anarchiæ hujus & Hobbeſiani ſtatus corruptiſſimi pernities, ut Laici & nobiles ex raptu magnifice viventes, ad Civitates & pagos transferri curaverint literas diffidatorias, hac formula: Wiſſet ihr Städte, daß wir euer Feind ſeyn wollen. Gegeben da er geſchrieben iſt. Addiderunt ſæpius formulam ſalutarem, qua ſibi omnem honorem reſervarunt: Wir wollen unſere Ehre gegen euch und die Euren bewah-

innovare (w). Singula hæc luculenter probant nunc & evincunt, jura germanorum in Capitularibus & Cæsareis Legibus præscripta ita non esse comparata, ut in foris Germaniæ hodiernæ, dissentientes requirere juste pro illis queant universalem vim Legum authenticam judicialem, quam otiosus usus & rerum Juri-

wahret haben. Documenta hujus tenoris ex historia Lusatiæ recenset *GROSSERUS* in den Lausitzschen Merckwürdigkeiten, P. III. p. 13. quibus plura addit MULLERUS in dem R. T. *Theatro* p. 95. c. 17. De sua adhuc ætate testatus est *ROLVINCKIUS* L. 3. *de Moribus Antiquorum Saxonum ad a.* 1480. quod nobiles equites unitis viribus adversus abrogationem belli diffidatorii militaverint miserintque stupendâ audaciâ vicinis oppidis multoties *literas Faidæ*, ut demum plurimæ civitates adversus publicos Invasores privilegiis se tueri fuerint coactæ. DATTIUS *L. I. de P. P. c.* 15. LEIBNITIUS *T. III. R. B. p.* 646. *& in Præf. ad T. III. n.* 25. Flebilis ipse rerum status justitiam coegit in arenam dimicatoriam. Gladii jus sibi perperam vindicarunt scelestissimi homines, quorum insaniam, quæ in *Megapoli* nostra ætate recruduisse videtur, novissime suis coloribus depinxit *Magnificus Nostras Dn. D. JO. JOACH. WEIDENERUS, Vir meis elogiis major*, in dissertatione *de Communione bonorum* cuiipsas literas diffidatorias nuper demum in Megapoli scriptas simul inseruit.

w) *ANT. AUGUSTINUS de Emendatione Gratiani: THOMASIUS in Caut. Jurispr. Eccles.* c. 18. - 23. *BOEHMERUS in Jure Eccles. L.* 1. *Tit.* 2. *§.* 75. *STRAUCHIUS in Amœnitatibus Juris Canonici.* De jure romano ejusque apud germanos in his ævis efficacia, hic nihil additur. Quodsi enim id aliquid alterare cœperit, factum hoc est in scholis & curiis *dogmatica* autoritate, nondum *Cæsarea & Principali. DATTIUS de P. P. L.* 4. *c.* 1. *n.* 103.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0142
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002335078/phys_0146
DFG

njiciunt ideo Jcti & Hiſtorici, quod in
anorum poſt Carolinorum tempora jura
ria proram puppimque certe abſolve-
; major ratio quidem fuerit, quam ſcri-
n, quas Judices ſimplici æquitate (u),
e manuario (v) in his ſeculis fere ſupe-
dit, quod Jurisprudentiæ hujus epochæ
mpoſita ſit ad mentem clericorum, qui
iorum, mores & conſvetudines patrias,
ionibus & doctrinis ſæpius inſtruxe-
nique ſecundum *Canonum ſeu Decreto-*
ontificii ſeu Decretalium regulas, ultimo
ſeculo, nequidem erubuerunt publice
inno-

iſſ de Super. Territ. §. 25. AUTORES citati p. 80. 81.
IUS *in Hiſt. Juris Civilis R. & G. §.* 105.
voce nominatur *Faida.* Vide *CAPITULARIA*
tit. 14. *n.* 4. *Caroli M. Cap.* 6. *n.* 22. Diutius hæc
valuit apud Germanos, qui ſolennibus literis
m invicem ſe convocarunt in arenam. DAT-
P. L. 4. c. 1. n. 103. Dedit hæc jurisprudentia
cui nulla medela diutius ſuffecit, *judicio Au-*
Compromiſſorio occaſionem, inter honoratiores
CASP. à LERCH de Ordine Equeſtri Germ.
. *CONRING de Judic. R. G.* c. 27. Tanta ſa-
rchiæ hujus & Hobbeſiani ſtatus corruptiſſimi
: Laici & nobiles ex raptu magnifice viventes,
& pagos transferri curaverint literas diffida-
ormula: Wiſſet ihr Städte, daß wir euer Feind
Gegeben da er geſchrieben iſt. Addiderunt
ulam ſalutarem, qua ſibi omnem honorem re-
Wir wollen unſere Ehre gegen euch und die Euren
bewah-